

PRO CLERICIS ET SACERDOTIS

A robust selection of ancient & traditional prayers and meditations to be ..

IURAVIT DOMINUS, ET NON PŒNITEBIT EUM : TU ES SACERDOS IN ÆTERNUM SECUNDUM ORDINEM MELCHISEDECH. DOMINUS A DEXTRIS TUIS ; IN DIE IRÆ SUÆ REGES.

VOS AUTEM GENUS ELECTAM, REGALE SACERDOTIUM, GENS SANCTA, POPULUS ACQUISITIONIS : UT VIRTUTES ANNUNTIETIS QUI DE VOS VOCAVIT IN ADMIRABILE LUMEN SUUM.

.....

O BONE Iesu, fac ut sacerdos fiam secundum Cor tuum.

INDUE me, Dómine, novum hóminem,
qui secundum Deum creátus est in iustitia
et sanctitate veritátis. Amen.

*All those who are being trained in Seminaries, Colleges & Monasteries for the priesthood,
as well as clerics of every rank & order, as often as they make the Sign of the Cross and recite the ..*

Pro vita sancta

IESU dilectissime, qui ex singulári benevoléntia me præ millénis homínibus ad tui sequélam et ad exímiam Sacerdotii dignitátem vocásti, largire mihi, precor, opem tuam divinam ad officia mea rite obeúnda. Oro te, Dómine Iesu, ut resúscites hódie et semper in me grátiam tuam, quæ fuit in me per impositionem mánuum episcopálium.

O potentissime animárum médice, sana me táliter, ne revólvar in vítia ; et cuncta peccáta fúgiam tibique usque ad mortem placére possim. Amen.

Nam gratia conservandi Castitatem

DÓMINE Iesu Christe, sponse animæ meæ, deliciæ cordis mei, imo cor meum et ánima mea, ante conspéctum tuum génibus me provólvo, ac máximo ánimi ardóre te oro atque obtéstor, ut mihi des serváre fidem a me tibi solémniter datam in receptióne Subdiaconátus. Ideo, o dulcissime Iesu, ábnegem omnem impietátem, sim semper aliénus a carnálibus desideriis et terrénis concupiscéntiis, quæ militant advérsus ánimam, et castitátem te adiuvánte intemeráte servem.

O sanctíssima et immaculáta María, Virgo víginum et Mater nostra amantíssima, munda in dies cor meum et ánimam meam, impetra mihi timórem Dómini et singulárem mei diffidéntiam.

Sancte Ioseph, custos virginitátis Maríæ, custódi ánimam meam ab omni peccáto.

Omnes sanctæ Virgines, divinum Agnum quocúmque sequétes, estóte mei peccatóris semper sollicitæ, ne cogitáone, verbo aut ópere delínquam et a castíssimo Corde Iesu unquam discédam. Amen.



FOR CLERICS AND PRIESTS

.. specifically recited by clerics & priests (and candidates) on their own behalf.

THE LORD HATH SWORN AND HE WILL NOT REPENT: THOU ART A PRIEST FOR EVER ACCORDING TO THE ORDER OF MELCHISEDECH. THE LORD AT THY RIGHT HAND HATH BROKEN KINGS IN THE DAY OF HIS WRATH. [PS. 109:4-5]

BUT YOU ARE A CHOSEN GENERATION, A KINGLY PRIESTHOOD, A HOLY NATION, A PURCHASED PEOPLE: THAT YOU MAY DECLARE HIS VIRTUES, WHO HATH CALLED YOU OUT OF DARKNESS INTO HIS MARVELLOUS LIGHT. [1 PETER 2:9]

.....

O GOOD Jesus, grant that I may become a priest after Thine own Heart.

(Pre-1968: 300 days)

PUT upon me, O Lord, the new man
who is created according to God in justice
and the holiness of truth. Amen.

*.. above invocation while vesting themselves with a surplice, may gain an indulgence of: 300 days.
(Pre-1968; Raccolta, 1957)*

For a Holy Life

DEAREST Jesus, Who of Thy great goodness hast called me to be Thy follower in the preference to countless others and hast raised me to the high dignity of Thy priesthood, bestow upon me abundantly, I pray, Thy divine help in fulfilling my duties in a right spirit. I beseech Thee, Lord Jesus, to stir up in me Thy grace both today and always, that grace which is in me by reason of the laying on of hands of the bishop.

O mighty Physician of souls, heal me in such wise that I may never be entangled in sinful habits, but that I may renounce them all and be enabled to please Thee even to the day of my death. Amen.

(Pre-1968: 500 days)

For the Grace of Preserving Chastity

LORD Jesus Christ, bridegroom of my soul, the beloved of my heart, nay, my very heart and soul, I throw myself upon my knees in Thy sight, and most earnestly implore Thee to give me grace to keep the faith I solemnly gave unto Thee in the reception of Subdiaconship. Wherefore, O sweetest Jesus, let me deny all ungodliness; let me ever be a stranger to carnal desires and earthly lusts which war against my soul, and, with Thy help, let me preserve my chastity unspotted.

O Mary most holy and immaculate, the Virgin of virgins, and our loving Mother, make clean my heart and my soul ever more and more; obtain for me the fear of the Lord and a great distrust of myself.

Saint Joseph, guardian of Mary's virginity, keep my soul free from every sin.

All ye holy Virgins who follow the Lamb whithersoever He goeth, be ever watchful over me, a sinner, lest at any time I go astray from the most pure Heart of Jesus and transgress by thought, word or deed. Amen.

(Pre-1968: 500 days)

Oratio ante Officium divinum

APERI, Dómine, os meum ad benedicéndum Nomen sanctum tuum ; munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, perversis et aliénis cogitátionibus ; intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut digne, attén-te ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mér-ear ante conspéctum divínæ maiestátis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Dómine, in unióne illíus divínæ intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (vel hanc tibi Horam) persólvo.

(ex B. R.)

.....

Oratio post Officium divinum

SACROSÁNCTÆ et individuæ Trinitáti, Crucifixi Dómini nostri Iesu Christi humanitáti, beatissimæ et gloriosissimæ sempérque Virginis Mariæ fecúndæ integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobisque remissio ómnium peccatórum, per infinita sæcula sæculórum. Amen.

Ÿ. Beáta viscera Mariæ Viginis quæ portavérunt æténi Patris Fílium.

Ŗ. Et beáta úbera quæ lactavérunt Christum Dóminum.

Pater noster ... Ave María ...

(ex B. R.)

NOTE: Clerics in Holy Orders and priests who, having completed the Divine Office, shall recite the above prayer on bended knees, unless they are hindered therefrom, have been granted by Pope Leo X ..

Oratio de Clericis

OMNÍPOTENS et miséricos Deus, humilitátis meæ preces benígnus intende, et me fámulum tuum, quem nullis suffragántibus méritis, sed imménsa cleméntiæ tuæ largitate cæléstibus mystériis servíre tribuísti, dignum sacris altáribus fac minístrum, ut quod mea voce deprómitur, tua sanctificacióne firmétur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

(ex M. R.)

.....

SANCTE Aloísi clericórum exémp-lar et præsidium, ora pro me.

.....

Oratio pro gratia predicandi sancte & fructuose

DA mihi, Dómine, et mitíssimam et sapiéntem eloquéntiam, qua nés-ciam inflári et de tuis bonis super fratres extólli. Pone, quæso, in ore meo verbum consolatiónis et ædificatiónis et exhortatiónis per Spíritum Sanctum tuum, ut et bonos váleam ad melióra exhortári et eos, qui advérse gradiúntur, ad tuæ rectitúdinis líneam revocáre verbo et exémplo. Sint verba, quæ déderis servo tuo, tamquam acutíssima iacula et ardéntes sagittæ, quæ pénétrent et incéndant mentes audiéntium ad timórem et amórem tuum. Amen.

(S. Anselm, Ep., Conf., Doct.)

Prayer before the Divine Office

O LORD, open Thou my mouth that I may bless Thy Holy Name; cleanse my heart from all vain, evil, and wandering thoughts; enlighten my understanding; kindle my affections, that I may worthily, attentively, and devoutly recite this office, and may deserve to be heard before the presence of Thy divine Majesty. Through Christ our Lord. Amen.

Lord, in union with that divine intention, wherewith Thou Thyself didst praise God whilst Thou Thyself on earth, I offer these hours (or this Hour) unto Thee.

(Pre-1968: 3 years. May also be gained by the faithful who devoutly recite this prayer before saying the Divine Office.)

.....

Prayer after the Divine Office

TO the most Holy and undivided Trinity, to the Manhood of our Lord Jesus Christ crucified, to the fruitful Virginity of the most blessed and most glorious Mary ever Virgin, and to the congregation of all the Saints be ascribed everlasting praise, and to us be granted the forgiveness of all our sins, world without end. Amen.

Ÿ. Blessed be the womb of the Virgin Mary, which bore the Son of the Eternal Father.

Ŗ. And blessed be the breasts which gave suck to Christ our Lord.

Our Father ... Hail Mary ...

(Pre-1968: 3 years. May also be gained by the faithful who devoutly recite this prayer before saying the Divine Office.)

.. the condonation of the shortcomings and faults committed by them from human frailty in saying the Office.

.....

A Clergyman's Prayer

ALMIGHTY and merciful God, graciously attend to my humble prayers; and make me, Thy servant, whom Thou hast appointed to dispense Thy heavenly mysteries, through no merits of mine own, but only of the infinite bounty of Thy mercy, a worthy minister at Thy sacred altar, that what is set forth by my voice may be confirmed by Thy hallowing grace. Through Christ our Lord. Amen.

(Pre-1968: 3 years *)

.....

SAINT Aloysius, exemplar of clerics and their protector, pray for me.

(Pre-1968: 300 days)

.....

Prayer for the Grace of Preaching Holily & Fruitfully

GIVE me, O Lord, a mild and judicious eloquence which shall keep me from being puffed up and exalted above my brethren by reason of Thy gifts. Put into my mouth, I beseech Thee, words of consolation and exhortation through Thy Holy Spirit, that I may be enabled to exhort the good to do better things, and, by word and example, to recall to the straight way of Thy righteousness those who walk perversely. Let the words which Thou shalt give Thy servant, be like to sharp javelins and burning arrows that shall pierce and enkindle unto Thy fear and holy love the minds of all then that hear me. Amen.

(Pre-1968: 500 days if said before preaching)

Oratio ex «Imitatione Christi»

ADIUVET nos grátia tua, omnipotens Deus, ut qui officium sacerdótale suscepimus, digne ac devóte tibi in omni puritáte et consciéntia bona famulári valeámus. Et si non pòsumus in tanta innocéntia vitæ conversári, ut debémus, concéde nobis tamen digne flere mala, quæ gessimus, et in spíritu humilitátis ac bonæ voluntátis propósito tibi fervéntibus de cétero deservíre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

(Thom. de Kempis ; *De Imitatione. Christi*, lib. IV, c. XI, n. 7)

Oratio sacerdotis ante confessionem sacramentalem

SÚSCIPe confessiónem meam, piíssime ac clementíssime Dómine Iesu Christe, única spes salutis ánimæ meæ, et da mihi, óbsecro, contritióem cordis, et lácrimas óculis meis, ut défleam diébus ac nóctibus omnes neglegéntias meas cum humilitáte et puritáte cordis. Dómine, Deus meus, súscipe preces meas. Salvátor mundi, Iesu bone, qui te crucis morti dedísti, ut peccatóres salvos fáceres, réspice me miserum peccatórem invocántem nomen tuum, et noli sic atténdere malum meum, ut obliviscáris bonum tuum ; et si commisi unde me damnáre potes, tu non amisisti, unde salváre soles. Parce ergo mihi, qui es Salvátor meus, et miserére peccatrici ánimæ meæ. Solve vincula eius, sana vúlnera. Emitte ígitur, piíssime Dómine, méritis puríssimæ et immaculatæ semper Viriginis Genitricis tuæ Mariæ, et Sánctorum tuórum, lucem tuam, veritátem tuam in ánimam meam, quæ omnes deféctus meos in veritáte mihi osténdat, quos confitéri me opórtet, atque iuвет et dóceat ipsos plene et contríto corde explicáre. Qui vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Oratio sacerdotis post confessionem sacramentalem

SIT tibi, Dómine, óbsecro, méritis beatæ semper Viriginis Genitricis tuæ Mariæ et ómnium Sánctorum, grata et accépta ista conféssio mea, et quidquid mihi defúit nunc, et de sufficiéntia contritióis, de puritáte et integritáte confessiόis, súppleat píetas et misericórdia tua et secúndum illam dignéris me habére plénius et perféctius absolútum in cœlo : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Forma Consecrationis ad Sacratissimum Cor Iesu

DÓMINE Iesu, Redémptor noster amantíssime et Sacérdos in ætérnum, nos súpplices tuos quos appelláre amícos et sacerdótii tui partícipes fácere dignátus es, propítius réspice. Tui sumus ; tui perpétuo esse vólumus : ideo sacratíssimo Cordi tuo, quod tamquam únicum salutis perfúgium laboránti humano généri ostendísti, dedicámus nos hódie totos et addícimus.

Tu qui sacerdótibus, Cordis tui cultóribus, úberes divíni ministersii fructus promisísti, fac nos, quæsumus, idóneos in vinea tua operários, vere húmiles et mites, spíritu devotiόis et patiéntiæ plenos, ita flagrántes amóre tui, ut eúndem caritátis ignem in ánimis fidélium excitáre et fovére non cessémus. Nostra ígitur corda incéndio tui Cordis innova, ut iam nihil aliud studeámus, quam tuam promovére glóriam et ánimas tibi lucrári, quas pretiόso Sanguine redemisti.

Continues..

Prayer from “The Imitation of Christ”

O ALMIGHTY God, let Thy grace assist us, that we who have undertaken the office of Priesthood, may be able to wait upon Thee worthily and devoutly, in all purity, and with a good conscience. And if we cannot live in so great innocence of life as we ought to do, grant to us at the least worthily to lament the sins that we have committed; and in the spirit of humility, and with the full purpose of a good will, to serve Thee more earnestly for the time to come. Through Christ our Lord. Amen.

(Pre-1968: 500 days)

Prayer for Priests before His own Sacramental Confession

ACCEPT my confession, O most merciful and most gentle Lord Jesus Christ, sole hope of the salvation of my soul, and grant to me, Thy priest, I beg, contrition of heart and tears for my eyes, that day and night I might bewEEP all my failures with humility and purity of heart. O Lord, my God, accept my prayers. Saviour of the world, good Jesus, who gave Thyself to the death of the Cross so that Thou mightst make sinners to be saved, look upon me, a miserable sinner invoking Thy Name, and heed not my evil in such a way that Thou shouldst forget Thy goodness. And if I have committed that by which Thou canst condemn me, Thou hast not lost that by which Thou art accustomed to save me. Spare me, therefore, Thou Who art my Saviour, and be merciful to my sinful soul. Free its bonds, heal its wounds. Hence, most merciful Lord, by the merits of Thy Mother, the most pure and immaculate ever-Virgin Mary, whom Thou didst entrust as a Mother especially to priests, and by the merits of Thy Saints, into my soul send forth Thy light, Thy truth which all my defects require, and assist and teach me to unfold them fully and with a contrite heart. Who livest and reignest, God, for ever and ever. Amen.

(a)

Prayer for Priests after His own Sacramental Confession


O LORD, I beseech Thee, by the merits of Thy Mother, the ever-Virgin Mary, and of all the Saints, let this my confession to have been pleasing and acceptable to Thee, and whatsoever was now lacking in me and in the sufficiency of my contrition, and in the purity and completeness of my confession, may Thy mercy and compassion make whole and, thereafter, deign to hold me fully and perfectly absolved in Heaven. Who livest and reignest with God the Father in the unity of the Holy Ghost, for ever and ever. Amen.

(Pre-1968: 500 days; (a) & (b))

A Form of Consecration to the Most Sacred Heart of Jesus

LORD Jesus, Who art our most loving Redeemer and priest for ever, look mercifully on us, Thy humble suppliants, whom Thou hast been pleased to call Thy friends and partakers of Thy priesthood. We are Thine; we wish to be Thine forever: therefore to Thy Most Sacred Heart which Thou hast shown to oppressed humanity as their only safe refuge, we dedicate and devout ourselves wholly this day.

Thou Who hast promised plenteous fruit in the divine ministry to those who are devoted to Thy Sacred Heart, make us, we beseech Thee, fit workmen in Thy vineyard, truly meek and humble, filled with the spirit of devotion and patience, so fired with love of Thee that we shall never cease to enkindle and quicken the same fire of love in the hearts of the faithful. Renew our hearts, therefore, in the fire of Thy Heart, so that henceforth we shall desire nothing save to promote Thy glory and win for Thee the souls whom Thou didst redeem by Thy Precious Blood.



Miserére, Pastor bone, præsertim sacerdotum, fratrum nostrorum, si qui, ambulantes in vanitate sensus sui, te et dilectam Sponsam tuam, Ecclesiam, lacrimabili defectiōne contristarunt. Concede nobis ad tuum complexum eos reducere, aut certe ipsorum expiare delicta, resarcire damna, et dolorem, quo te afficiunt, amoris nostri consolatione minuire. Sine, denique, te quisque nostram exoret his Augustini verbis : «O dulcis Iesu, vivas Tu in me», et concalescat in spiritu meo vivus carbo amoris tui, et excreseat in ignem perfectum ; ardeat iugiter in ara cordis mei, ferveat in medullis meis, flagret in absconditis animæ meæ ; in die consummationis meæ consummatus inveniar apud te, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

~~~~~  
**COR** Iesu, caritatis victima,  
 fac me tibi hostiam viventem,  
 sanctam, Deo placentem.

#### Oratio ad Sanctum Joannem Apostolum

**CONGAUDÉMUS** tibi, beate Iohannes, qui, privilegio amoris præcipui, ceteris discipulis altius honoratus es a Christo Iesu : dignus habitus, qui supra pectus eius in coena recumbes, et cui Matrem ipse suam moriturus commendaret. Scimus, id te meruisse propter specialem prærogativam castitatis ; quia virgo electus a Domino, virgo in ævum permansisti. Ita, quum fluēta Evangelii de ipso dominici pectoris fonte potasses, uberior et sublimius aliis de Christi divinitate locutus es ; quumque de ipso divini Cordis incendio amoris flammam concepisses, non miramur te unum discipulum Iesu patienti adhæsisse individuum comitem, ac deinceps talia scripsisse, ut merito appellatus sis caritatis Apostolus. Decet enimvero nos, qui, divinæ bonitatis munere, ministri Christi sumus et dispensatores mysteriorum Dei, intueri te, tamquam propositum nobis ad imitandum exemplar : decet autem te, quod supplices quæsumus, nobis apud Iesum et Mariam adesse patronum proprium et peculiarem.

Fac igitur, ut digne ambulemus vocatione, qua vocati sumus ; præsertim, ut ea, qua par est, mentis et corporis puritate, sacerdotalia obeamus munia ; incensi studio divinæ gloriæ, intimam familiaritatem sacratissimi Cordis Iesu consequamur, et Virginem sanctissimam, datam de Cruce nobis omnibus post te Matrem, perstudiosæ pietatis officii, quemadmodum Tu fecisti, recreemus.

Denique præsta, ut post mortalem vitam inter seniores numeremur, quos vidisti amictos vestimentis albis sedere circa thronum Agni immaculati, qui dignus est accipere honorem, benedictionem et gloriam in sæcula sæculorum. Amen.

#### Oratio in anniversario ordinationis a Sacerdotibus dicenda

**AMABILÍSSIME** Iesu, hodie, anniversario die, ex quo, miséria mea non obstante, ex impulsu bonitatis tuæ me ad sacerdotalem dignitatem evehere dignatus es, meque ministrum tuum reddere ac nuntium dispensatorumque sublimium sapientiæ et gratiæ mysteriorum tuorum, meus animus tum iucunditate, amore gratæque memoria erga te afficitur ob ac ..

*Continues..*

Show Thy mercy, good Shepherd, chiefly to those priests, our brethren, if there be any such, who, walking in the vanity of sense, have saddened Thee and Thy beloved Spouse, Holy Church, by their lamentable falling away from Thee. Grant us grace to bring them back to Thine embrace, or, at least, to atone for their crimes, to repair the harm they have done, and to lessen the sorrow they have caused Thee, by the consolation of our love. Allow each of us, finally, to pray to Thee in the words of Saint Augustine: "O sweet Jesus, live Thou in me", and let the living coal of Thy love burn brightly in my spirit, and grow into a perfect conflagration; let it burn perpetually on the altar of my heart, let it glow in my marrow, let it blaze up in the most secret places of my soul; in the day of my consummation let me be found totally consumed thereby in Thy presence, Who with the Father and the Holy Ghost livest and reignest one God for ever and ever. Amen.

*(Pre-1968: 3 years\*; or, 7 years on the day of monthly retreat)*

~~~~~  
HEART of Jesus, Victim of love,
 make me a living victim for Thee,
 holy and pleasing unto God.

(Pre-1968: 300 days)

A Prayer to Saint John the Apostle

LET us rejoice with thee, blessed John, who, by a privilege of special love, was honoured by Christ Jesus above all the other disciples: being held worthy to recline upon His bosom at the Last Supper, and to be entrusted with His holy Mother at the hour of His death. We know that thou didst deserve this on account of thy special gift of chastity; because, being chosen as a virgin by our Lord, thou didst remain a virgin for ever. Accordingly, since thou didst imbibe the living streams of the Gospel from its very source, the bosom of our Lord, thou didst speak more fully and more sublimely of the divinity of Christ; and since thou didst catch thy flame of love from the fire burning in His Sacred Heart, we do not wonder that thou wast the only disciple to accompany Jesus in His Passion, and thereafter didst write such burning words that thou art rightly called 'the Apostle of love.' Moreover, it behooves us, who are the ministers of Christ and stewards of the mysteries of God, by the gift of His goodness, to lift our eyes to thee, who hast been set before us as an example for our imitation: it is likewise meet, and we ask it of thee in great humility, that thou wouldst assist us as our own special Patron before Jesus and Mary.

Grant us, therefore, to walk worthy of the vocation wherewith we are called; in particular that we may perform our priestly tasks with due purity of mind and body; fired with zeal for the glory of God, may we attain to intimate fellowship with the Heart of Jesus, and console the most holy Virgin, who was given from the Cross to be a Mother to all of us after thee, by the kindly offices of our ardent affection, even as thou didst do.

Finally grant, that after this mortal life we may be numbered with the elders, whom thou didst see clothed in white raiment and sitting round the throne of the spotless Lamb, Who is worthy to receive honour, blessing and glory for endless ages. Amen.

(Pre-1968: 300 days)*

A Prayer to be said by Priests on the Anniversary of Ordination

MOST lovable Jesus, today, the anniversary of the day on which, in spite of my misery, Thou didst deign to raise me to the dignity of the Priesthood by an impulse of Thy goodness, and to make me Thy minister and messenger as well as the dispenser of Thy sublime mysteries of wisdom and grace, my heart is filled with joy and grateful memories ..

Continues..

céptum singuláre beneficium, tum étiam mæstítia ac dolóre affligitur, quandóquidem non débíta ratione, non débíto modo huic múnere respóndi. Menti meæ, præteríta respiciénti témpora, lux refúlgens, sed obumbráta ténébris, occúrrit ; Tu vero, o Iesu, tam in luce tua, quam in ténebris meis ob misericórdiam tuam enítes, meóque ex pectóre glóriæ hymnus exsúltans deprómitur.

O Dómine, dum indignitátem meam humíliter agnósco ac deplóro, perénne infinitæ bonitátis tuæ auxiliúm énixè déprecór, qua adiútus vitam meam ad sublíme munus mihi commissum conformáre queam, qua illuminátus uberióres cotidie fructus Redemptionis tuæ hominibus impertíre possim, qua dénique roborátus hoc mortále iter digne pérsequi váleam, usque dum postrémus dies elucéscat, quo, terréna peregrinatione perácta, fatigátum caput in sinum tuum reclínem, tuáque luce ac pace iúgiter pérfuar.

Sanctíssima Virgo, quæ in Calvária iuxta Crucem per diléctum discipulum Ioánnem sacerdotés omnes in matérnam tutelam tuam excepísti, deprecáre pro me. Amen.

Oratio Pius XII pro sacerdotibus a laicis recitanda

DÓMINE Iesu, Póntifex ætérne, Pastor bone, fons vitæ, qui nos, nullis nostris suffragántibus méritis, ex peculiaári Sacratíssimi Cordi tui múnere in sacerdotum tuórum ordinem aggregásti, ad illa implénda vota, quæ grátia tua méntibus nostris aspirat, auxiliántis misericórdiæ tuæ nobis larga dona concéde. Tu qui pro nobis sanctificásti teípsum, ut simus et ipsi sancti in veritáte (*Ioannes XVII,19*), fac, ut a via, quæ tu es, numquam digrediéntes, in doctrína tua sollértes, in exsequéndis legis tuæ præcéptis fidéles, suavíssimi Cordis tui imáginem in nostros mores referámus, et in te et per te in ómnibus rebus Patri placeámus coelésti.

Respléndeat in nobis cum prudéntia omnis forma iustítiæ, et castæ temperántiæ moderatióni fortitúdinis robur adiungátur. Pectóri nostro sincéra fides insídeat, immortalíum bonórum spes solacii rorem infúndat ; ibique coeléstis ignis flamméscat, quem Cor tuum fornax ardens caritátis accéndat. Fac ut in verbis tuis, in quibus ætérna sapiéntia refúlget, iugis meditátio nostra versétur, et unde ipsi páscimur, oves gregis tui, curam nostram, pascámus.

Qui Evangélio tuo adversántur, unitátis nostræ vereántur compáginem, neque ullo modo in nobis quidquam deprehéndant, quod Ecclesiæ tuæ, Matri nostræ, expérti rugæ et máculæ, imputent. Fac dénique ut non nostras utilitátes, sed tuam glóriam sectántes, usque ad extrémum hálitum in officio nostro, rectæ voluntátis consciéntia pura, perstémus ; et cum corpus nostrum moriétur, te, quem in terris habémus ductórem et cómitem, in Sanctórum splendídoribus ætérnum præmíum sortiámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti per ómnia sæcula. Amen.

towards Thee because of this singular favour conferred upon me, but it is afflicted with sadness and grief, inasmuch as I have not corresponded with this great gift in the manner or to the extent I should have done. To my mind, as it reviews the past, there comes a brilliant light, even though it is somewhat obscured by the darkness: Thou, indeed, O Jesus, both in Thy light and in my darkness, dost shine by reason of Thy mercy, and from my heart bursts forth an exultant hymn of glory.

O Lord, while I acknowledge and deplore in all humility my unworthiness I earnestly beseech the continual help of Thy infinite goodness, assisted by which I may be able to conform my life to the high office committed to me, enlightened thereby may I be enabled to impart daily to my fellow-men richer fruits of Thy Redemption; finally strengthened thereby may I be strong enough to continue on this mortal journey in a worthy manner, until my last day shall dawn, when, having finished my earthly pilgrimage, I may lay my weary head upon Thy bosom, and enjoy for ever Thy light and peace.

Most holy Virgin, thou who didst receive on Calvary at the foot of the Cross in the person of the beloved disciple all priests under thy maternal protection, pray for me. Amen.

(Pre-1968: 500 days)

Prayer of Ven. Pius XII for Sanctification of the Clergy, to be said by Priests

O LORD Jesus Christ, eternal High Priest, Good Shepherd, Fountain of Life, Who hast numbered us among Thy priests not through any merits of ours but by the special bounty of Thy most Sacred Heart, mercifully grant unto us an abundance of Thy gifts that we may be able to fulfill those priestly promises which we have made by the inspiration of Thy grace. Since Thou didst sanctify Thyself for us that we also may be truly sanctified (*St. John 17:19*), and since Thou art our Way, grant that we may never depart from Thee so that becoming well versed in Thy teaching and faithful in the keeping of Thy Commandments we may reflect in our conduct the image and kind dispositions of Thy Sacred Heart. Thus in Thee and through Thee we shall in all things be found pleasing to the Heavenly Father.

May perfect justice together with prudence shine forth in our lives and let robust fortitude be tempered by the restraints of chaste temperance. With pure faith abiding in our hearts, may they be consoled by the hope of immortal blessings, and become inflamed with the fires of Heavenly love from Thy Sacred Heart, the burning furnace of charity. Grant that we may be ever diligent in meditating on Thy words, radiant with the brightness of Thy eternal wisdom for the enlightenment of our minds. Thus from that very pasture in which we are fed, we can feed the sheep of Thy flock committed to our care.

May the enemies of Thy Gospel stand in awe as they witness the strong bonds of unity that knit us so closely together. May they never have occasion to observe in our conduct anything with which to find fault with Thy Church, our spotless and immaculate Mother. Finally, may we ever prefer Thy glory to our own personal gain, and grant us to persevere to our last breath in the fruitful performance of duty with an upright will and a pure conscience. Then after death be Thou, Who art now our Teacher and Companion, our eternal reward in the glory of the Saints, Who livest and reignest with God the Father in the unity of the Holy Ghost for ever and ever. Amen.

(Pre-1968: 1,000 days)

ORATIONES AD VES

Ad tunicam talarem

Dóminus pars hæreditátis meæ et cálicis mei. Tu es qui restítues hæreditátem meam mihi.

Ad collare

Súbiice me Dómine dulci iugo tuo dulcique iugo matris tuæ Mariæ.

Ad superpelliceum

† Indue me, Dómine, novum hóminem, qui secúndum Deum créatus est in iustítia et sanctitáte veritátis. Amen. (*Eph. IV, 24*)

Cum lavat manus

Da, Dómine, virtútem mánuis meis ad abstergendam omnem máculam : ut sine pollutióne mentis et córporis váleam tibi servíre.

Ad amictum

Impóne, Dómine, cápiti meo gáleam salútis, ad expugnándos diabólicos incúrsus.

Ad cingulum

Deálba me, Dómine, et munda cor meum ; ut, in Sáanguine Agni dealbátus, gaúdiis pérfruar sempitérnis.

Ad cingulum

Præcinge me, Dómine, cingulo puritátis, et exstingue in lumbis meis humórem libídinis ; ut máneat in me virtus continéntiæ et castitátis.

Ad manipulum

Mérear, Dómine, portáre manípulum fletus et dólóris ; ut cum exsultatíóne recípiam mercédem labóris.

Ad stolam


Redde mihi, Dómine, stolam immortalitátis, quam pèrdidi in prævaticatióne primi paréntis : et, quamvis indignus accédo ad tuum sacrum mystérium, mérear tamen gáudium sempitèrnum.

Ad dalmaticam

Índue me, Dómine, induménto salútis et vestiménto lætitiæ ; et dalmática justitiæ circúmda me
semper.

Ad casulam

Dómine, qui dixísti : Iugum meum suáve est et onus meum leve : fac, ut istud portáre sic váleam, quod cónsequar tuam grátiam. Amen.



.....

VESTING PRAYERS

.....

Cassock

The Lord is the portion of my inheritance and of my cup: it is Thou that wilt restore my inheritance to me. (Ps. 15:5)

Roman Collar

Subject me, O Lord, to Thy sweet yoke and to the sweet yoke of Thy Mother Mary.

Surplice

† Clothe me, O Lord, with the new man, who was created according to God in justice and the holiness of truth. Amen.

Washing Hands (before Mass)

Give strength to my hands, Lord, to wipe away all stain, so that I may be able to serve Thee in purity of mind and body.

Amice

Lord, set the helmet of salvation on my head to fend off all the assaults of the devil.

Alb

Make me white, O Lord, and cleanse my heart; that being ma-de white in the Blood of the Lamb I may deserve an eternal re-ward.

Cincture

Gird me, O Lord, with the cincture of purity and extinguish in my loins the desire of lust, so that the virtues of continence and chastity may ever abide within me.

Maniple

May I deserve, O Lord, to bear the maniple of weeping & sorrow in order that I may joyfully reap the reward of my labours.

Stole

Lord, restore the stole of immortality, which I lost through the collusion of our first parents, and, unworthy as I am to approach Thy sacred mysteries, may I yet gain eternal joy.

Dalmatic (Deacons & Bishops)

Lord, endow me with the garment of salvation, the vestment of joy, and with the dalmatic of justice ever encompass me.

Chasuble

O Lord, Who hast said, 'My yoke is sweet and My burden light,' grant that I may so carry it as to merit Thy grace. Amen.

Oratio Sacerdotis antequam confessiones excipiat

DA mihi, Dómine, sédium tuárum assístricem sapiéntiam, ut sciam iudicáre pópulum tuum in iustítia, et páuperes tuos in iudício. Fac me ita tractáre claves regní cælórum, ut nulli apériam, cui claudéndum sit, nulli claudam, cui aperiéndum. Sit inténtio mea pura, zelus meus sincérus, cáritas mea pátiens, labor meus fructuósus. Sit in me lénitas non remíssa, aspéritas non sevéra ; páuperem ne despiciam, diviti ne áduler. Fac me ad alliciéndos peccatóres suávem, ad interrogándos prudéntem, ad instruéndos perítum.

Tribue, quæso, ad retrahéndos a malo solértiam, ad confirmándos in bono sedulitátem, ad promovéndos ad melióra indústriam : in respónsis maturitátem, in consiliis rectitúdinem, in obsúris lumen, in impléxis sagacitátem, in árduis victóriam : inutilibus collóquiis ne detinear, pravis ne contáminer ; álios salvem, me ipsum non perdam. Amen.

Orationes Sacerdotis postquam confessiones exceperit

DÓMINE Iesu Christe, dulcis amátor et sanctificátor animárum, purífica, óbsecro, per infusióem Sancti Spíritus cor meum ab omni affectióe et cogitatióe vitiósa, et quidquid a me in meo múnere sive per neglegéntiam, sive per ignorántiam peccátum est, tua infinita pietáte et misericórdia supplére dignéris. Comméndo in tuis amabilíssimis vulneribus omnes ánimas, quas ad pæniténtiam traxísti, et tuo pretiosíssimo Sáanguine sanctificásti, ut eas a peccátis ómnibus custódias et in tuo timóre et amóre consérves, in virtútibus in dies magis promóveas, atque ad vitam perdúcas ætérnam : Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.

Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi, súscipe hoc obséquii mei ministérium in amóre illo superdigníssimo, quo beátam Mariám Magdalénam omnésque ad te confugiéntes peccatóres absolvísti, et quidquid in sacraménti huius administratione neglegénter minúsque digne perfécí, tu per te supplére et satisfácere dignéris. Omnes et singulos, qui mihi modo conféssi sunt, comméndo dulcíssimo Cordi tuo rogans, ut eósdem custódias et a recidiva præsrèves atque post huius vitæ misériam mecum ad gáudia perdúcas ætérna. Amen.



Prayer for Priests before hearing Confessions

GRANT to me, O Lord, that wisdom seated beside Thy throne, that I may know how to judge Thy people with justice, and Thy poor ones with discernment. Make me so to use the keys of the Kingdom of Heaven, that I may open the gates to no one upon whom they should be closed, nor close them upon any for whom they should be opened. May my intention be pure, my zeal sincere, my charity patient, my labour fruitful. Let there be in me a gentleness which is not negligent, a severity which is not harsh; let me not look down upon the poor, nor let me fawn upon rich. Make me pleasant for attracting sinners, prudent in questioning them, resourceful in directing them.

Grant, I beseech Thee, ingenuity for drawing them back from sin, earnestness in confirming them in good, diligence in urging them to better things. Grant me mature judgement in responses, rectitude in advice, light in obscure matters, wisdom in complications, victory in adversities. Let me not be delayed in useless conversations, neither let me be stained by perversities. Let me save others, and let me not lose myself. Amen.

(Pre-1968: 500 days)

Prayer for Priests after hearing Confessions

LORD Jesus Christ, sweet lover and sanctifier of souls, I pray Thee, through the infusion of the Holy Ghost, purify my heart from every corrupt feeling or thought and, through Thy infinite compassion and mercy, deign to make good any transgression whatsoever made by me in my service due to my negligence or my ignorance. I commend to Thy most lovable wounds all the souls whom Thou hast drawn to repentance, and whom Thou hast sanctified by Thy Precious Blood, so that Thou mayest preserve them from every sin, keep them in Thy love and in Thy fear, promote more virtues in them each day, and lead them to eternal life. Who livest and reignest with the Father and the Holy Ghost, world without end. Amen.

O Lord Jesus Christ, Son of the living God, accept this ministry of my obedience with that surpassing love with which Thou didst absolve Saint Mary Magdalene and all sinners flying to Thee for refuge, and deign Thyself to supply and satisfy whatsoever in the administration of this Sacrament I performed negligently and less than worthily. I commend to Thy most sweet Heart each and every person who has just now confessed to me, begging that Thou mayest guard them and keep them from backsliding and, after the misery of this life, that Thou mayest lead them with me to joys everlasting. Amen.

Priests, who with attentive care and abounding charity assist the sick, or help them to die a Christian death, if they are near death, are granted:

And indulgence of 10 years.

(Pre-1968: 500 days)

HEART of Jesus, Victim of charity, make me a living sacrifice to Thee, holy, and pleasing unto God.

COR Iesu, caritátis victima, fac me tibi hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem.

This invocation is specifically recommended for Religious (and prior to 1968 merited an Indulgence of 300 days to such when they made it with the intention of promoting the more exact observance of their religious vows), however can obviously be aspired to, and recited by, all.

 ANTE MISSAM CELEBRANDAM

Oratio ante Missam

ANT: Ne reminiscáris, Dómine, delicta nostra, vel paréntum nostrórum :
 neque vindictam sumas de peccátis nostris.
(Tempore paschali : Allelúi.)

PSALMUS LXXXIII

In finem, pro torcularibus filiis Core.

QUAM dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum : concupiscit, et déficit ánima mea in átria Dómini. Cor meum, et caro mea exsultavérunt in Deum vivum. Étenim passer invénit sibi domum : et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos. Altária tua, Dómine virtútum : Rex meus, et Deus meus. Beáti, qui hábitant in domo tua, Dómine : in sæcula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir, cuius est auxiliúm abs te : ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum in loco, quem pósuit. Étenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem : vidébitur Deus deórum in Sion. Dómine, Deus virtútum, exáudi oratióem meam : áuribus pécipe, Deus Iacob. Protéctor noster, aspice, Deus : et réspice in fáciem Christi tui.

Quia mélior est dies una in átriis tuis, super millia. Elégi abiéctus esse in domo Dei mei : magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum. Quia misericórdiam, et veritátem diligit Deus : grátiam et glóriam dabit Dóminus. Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocentia : Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Glória Patri ...

PSALMUS LXXXIV

In finem, filiis Core.

BENEDIXÍSTI, Dómine, terram tuam : avertísti captivitátem Iacob. Remisísti iniquitátem plebis tuæ : operuísti ómnia peccáta eórum. Mitigásti omnem iram tuam: avertísti ab ira indignatiónis tuæ. Convérte nos, Deus, salutáris noster : et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis? aut exténder iram tuam a generatióne in generatióne? Deus, tu convérsus vivificábis nos : et plebs tua lætábitur in te. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam : et salutáre tuum da nobis. Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus : quóniam loquétur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos : et in eos, qui convertúntur ad cor. Verúmtamen prope tíméntes eum salutáre ipsíus : ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia, et véritas obviavérunt sibi : iustitia, et pax osculátæ sunt. Véritas de terra orta est : et iustitia de coelo prospéxit. Étenim Dóminus dabit benignitátem : et terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulábit : et ponet in via gressus suos.

Glória Patri ...

PSALMUS LXXXV

Oratio ipsi David.

INCÍNA, Dómine, aurem tuam, et exáudi me : quóniam inops, et pauper sum ego. Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum : salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem

 BEFORE CELEBRATING MASS

Prayer before Mass

ANT: Remember not, O Lord, our offenses, nor those of our fathers;
 neither take Thou vengeance on our sins.
(Eastertide: Allelui.)

PSALM 83

Quam dilecta. Unto the end, for the winepresses, a psalm for the sons of Core.

HOW lovely are thy tabernacles, O Lord of hosts! My soul longeth and fainteth for the courts of the Lord. My heart and my flesh have rejoiced in the living God. For the sparrow hath found herself a house, and the turtle a nest for herself where she may lay her young ones: Thy altars, O Lord of hosts, my king and my God. Blessed are they that dwell in thy house, O Lord: they shall praise thee for ever and ever.

Blessed is the man whose help is from thee: in his heart he hath disposed to ascend by steps, in the vale of tears, in the place which he hath set. For the lawgiver shall give a blessing, they shall go from virtue to virtue: the God of gods shall be seen in Sion. O Lord God of hosts, hear my prayer: give ear, O God of Jacob. Behold, O God our protector: and look on the face of thy Christ.

For better is one day in thy courts above thousands. I have chosen to be an abject in the house of my God, rather than to dwell in the tabernacles of sinners. For God loveth mercy and truth: the Lord will give grace and glory. He will not deprive of good things them that walk in innocence: O Lord of hosts, blessed is the man that trusteth in thee.

Glory be ...

PSALM 84

Benedixisti, Domine. Unto the end, for the sons of Core, a psalm.

LORD, thou hast blessed thy land: thou hast turned away the captivity of Jacob. Thou hast forgiven the iniquity of thy people: thou hast covered all their sins. Thou hast mitigated all thy anger: thou hast turned away from the wrath of thy indignation. Convert us, O God our saviour: and turn off thy anger from us.

Wilt thou be angry with us for ever: or wilt thou extend thy wrath from generation to generation? Thou wilt turn, O God, and bring us to life: and thy people shall rejoice in thee. Shew us, O Lord, thy mercy; and grant us thy salvation. I will hear what the Lord God will speak in me: for he will speak peace unto his people: And unto his saints: and unto them that are converted to the heart. Surely his salvation is near to them that fear him: that glory may dwell in our land.

Mercy and truth have met each other: justice and peace have kissed. Truth is sprung out of the earth: and justice hath looked down from heaven. For the Lord will give goodness: and our earth shall yield her fruit. Justice shall walk before him: and shall set his steps in the way.

Glory be ...

PSALMUS 85

Inclina, Domine. A prayer for David himself.

INCINE thy ear, O Lord, and hear me: for I am needy and poor. 2 Preserve my soul, for I am holy: save thy servant, O my God, that trusteth in thee. Have mercy on me, O Lord, for

in te. Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die : laetifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi. Quoniam tu, Domine, suavis, et mitis : et multae misericordiae omnibus invocantibus te.

Auribus percipe, Domine, orationem meam : et intende voci deprecationis meae. In die tribulationis meae clamavi ad te : quia exaudisti me. Non est similis tui in diis, Domine : et non est secundum opera tua. Omnes gentes quascumque fecisti, venient, et adorabunt coram te, Domine : et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia : tu es Deus solus.

Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua : laetetur cor meum ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi, Domine, Deus meus, in toto corde meo, et glorificabo nomen tuum in aeternum : Quia misericordia tua magna est super me : et eruisti animam meam ex inferno inferiori. Deus, iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quaesierunt animam meam : et non proposuerunt te in conspectu suo. Et tu, Domine, Deus miserator et misericors, pater, et multae misericordiae, et verax.

Respice in me, et miserere mei, da imperium tuum puero tuo : et salvum fac filium ancillae tuae. Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, et confundantur : quoniam tu, Domine, adiuvisi me, et consolatus es me.

Glória Patri ...

PSALMUS CXV

Alleluia.

CRÉDIDI, propter quod locutus sum : ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax. Quid retribuam Domino, pro omnibus, quae retribuit mihi? Cálicem salutáris accipiam : et nomen Domini invocábo. Vota mea Domino reddam coram omni populo eius : pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

O Domine, quia ego servus tuus : ego servus tuus, et filius ancillae tuae. Dirupisti vincula mea : tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Domini invocábo. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius : in atriis domus Domini, in médio tui, Ierúsalem.

Glória Patri ...

PSALMUS CXXIX

Canticum graduum.

DE profundis clamavi ad te, Domine : Domine, exaudi vocem meam : Fiant aures tuae intendentes, in vocem deprecationis meae. Si iniquitates observáveris, Domine : Domine, quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est : et propter legem tuam sustinui te, Domine. Sustinuit anima mea in verbo eius : sperávit anima mea in Domino.

A custódia matutina usque ad noctem : speret Israël in Domino. Quia apud Dominum misericordia : et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israël, ex omnibus iniquitatibus eius.

Glória Patri ...

ANT: Ne reminiscáris, Domine, delicta nostra, vel paréntum nostrórum :
neque vindictam sumas de peccátis nostris.
(Tempore paschali : Allelui.)

I have cried to thee all the day. Give joy to the soul of thy servant, for to thee, O Lord, I have lifted up my soul. For thou, O Lord, art sweet and mild: and plenteous in mercy to all that call upon thee.

Give ear, O Lord, to my prayer: and attend to the voice of my petition. I have called upon thee in the day of my trouble: because thou hast heard me. There is none among the gods like unto thee, O Lord: and there is none according to thy works. All the nations thou hast made shall come and adore before thee, O Lord: and they shall glorify thy name. For thou art great and dost wonderful things: thou art God alone.

Conduct me, O Lord, in thy way, and I will walk in thy truth: let my heart rejoice that it may fear thy name. I will praise thee, O Lord my God: with my whole heart, and I will glorify thy name for ever; for thy mercy is great towards me: and thou hast delivered my soul out of the lower hell. O God, the wicked are risen up against me, and the assembly of the mighty have sought my soul: and they have not set thee before their eyes. And thou, O Lord, art a God of compassion, and merciful, patient, and of much mercy, and true.

O look upon me, and have mercy on me: give thy command to thy servant, and save the son of thy handmaid. Shew me a token for good: that they who hate me may see, and be confounded, because thou, O Lord, hast helped me and hast comforted me.

Glory be ...

PSALM 115

Credidi. Alleluia.

I HAVE believed, therefore have I spoken; but I have been humbled exceedingly. I said in my excess: Every man is a liar. What shall I render to the Lord, for all the things he hath rendered unto me? I will take the chalice of salvation; and I will call upon the name of the Lord. I will pay my vows to the Lord before all his people: Precious in the sight of the Lord is the death of his saints.

O Lord, for I am thy servant: I am thy servant, and the son of thy handmaid. Thou hast broken my bonds: I will sacrifice to thee the sacrifice of praise, and I will call upon the name of the Lord. I will pay my vows to the Lord in the sight of all his people: In the courts of the house of the Lord, in the midst of thee, O Jerusalem.

Glory be ...

PSALM 129

De profundis. A prayer of a sinner, trusting in the mercies of God. The sixth penitential psalm.

OUT of the depths I have cried unto Thee, O Lord: Lord, hear my voice. Let Thine ears be attentive to the voice of my supplication. If Thou, O Lord, shalt mark our iniquities: O Lord, who can abide it? For with Thee there is mercy: and by reason of Thy law I have waited on Thee, O Lord. My soul hath waited on His word: my soul hath hoped in the Lord.

From the morning watch even unto night: let Israel hope in the Lord. For with the Lord there is mercy: and with Him is plenteous redemption. And He shall redeem Israel from all his iniquities.

Glory be ...

ANT: Remember not, O Lord, our offenses, nor those of our fathers;
neither take Thou vengeance on our sins.
(Eastertide: Allelui.)

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.

Pater noster ... (*secreto*)

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem :
℞. Sed libera nos a malo. Amen.

℣. Ego dixi : Dómine, miserére mei.
℞. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

℣. Convértere, Dómine, aliquántulum.
℞. Et deprecáre super servos tuos.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.
℞. Quemádmódum sperávimus in te.

℣. Sacerdótes tui induántur iustítiam.
℞. Et Sancti tui exsúltent.

℣. Ab occúltis meis munda me, Dómine.
℞. Et ab aliénis parce servo tuo.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℞. Et clamor meus ad te véniat.

[℣. Dóminus vobíscum.]
[℞. Et cum spiritu tuo.]

Orémus.

AURES tuæ pietatis, mitissime Deus inclina precibus nostris, et gratia Sancti Spiritus illumina cor nostrum : ut tuis mysteriis digne ministrare, teque æterna caritate diligere mereamur.

DEUS, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum, purifica per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordis nostri : ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur.

URE igne Sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum Domine : ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

MENTES nostras, quæsumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet : et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

ADSIT nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus Sancti : quæ et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis.

DEUS, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere.

CONSCIENTIAS nostras, quæsumus Domine, visitando purifica : ut veniens Dominus noster Iesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Categorised under “To Fulfil Worthily the Sacred Offices Committed to Them”, these prayers, set out above and taken from the Roman Missal for the devotion of priests, are to be said, ..

.....

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.

Our Father ... (*silently*)

℣. And lead us not into temptation.
℞. But deliver us from evil.

℣. I said, Lord have mercy on me.
℞. Heal my soul, for I have sinned against Thee.

℣. Turn to us, O Lord, for a little while.
℞. And be gracious to Thy servants.

℣. Let Thy mercy, O Lord, be upon us.
℞. Just as we have hoped in Thee.

℣. Let Thy priests be clothed with justice.
℞. And may Thy Saints rejoice.

℣. Cleanse me from my hidden faults, O Lord.
℞. And from the sins of others, spare Thy servant.

℣. O Lord, hear my prayer.
℞. And let my cry come to Thee.

[℣. The Lord be with you.]
[℞. And with thy spirit.]

Let us pray.

MOST gracious God, incline Thy merciful ears unto our prayers and by the grace of the Holy Ghost illumine our hearts, that we may be worthy to serve at Thy holy Mysteries and to love Thee with an everlasting love.

O GOD, to Whom every heart is open, every wish is spoken, and from Whom no secret is hidden, purify our inmost thoughts by the infusion of Thy Holy Ghost; that we may love Thee perfectly and praise Thee worthily.

ENKINDLE O Lord, our hearts and minds with the fire of the Holy Ghost: that we may serve Thee with a chaste body and please Thee with a clean heart.

ILLUMINE, we beseech Thee, O Lord, our minds with the Paraclete who proceedeth from Thee, and lead us to all truth, just as Thy Son hath promised.

MAY the power of the Holy Ghost be with us, we beseech Thee, O Lord, and may He mercifully cleanse our hearts and defend us from all harm.

O GOD, Who taught the hearts of the faithful by the light of the Holy Ghost, grant that, in the same Spirit, we may relish what is right and always rejoice in His consolation.

O LORD, we beseech Thee, visit our minds and cleanse our thoughts; that at the coming of Our Lord Jesus Christ, Thy Son, He may find in us a place prepared for Him. Who with Thee livest and reignest in the unity of the Holy Ghost, God for ever. Amen.

.. according to their opportunity, before celebrating Mass and had attached to them an Indulgence of 5 years; The Raccolta (1957) #747 (a). N.B. Such Indulgence is of the ‘historical’ Pre-1968 category.*

.....

Orationes S. Ambrosii Ante Missam
singulis hebdomadae diebus distributae

DIE DOMINICA

SUME Sacerdos et vere Póntifex, Jesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hós-tiam puram et immaculatam in ara Crucis pro nobis miseris et peccatóribus, et qui dedisti nobis Carnem tuam ad manducandum et Sánguinem tuum ad bibendum, et posuisti mystérium istud in virtúte Spíritus Sancti tui, dicens : «*Hæc quotiescúmque feceritis, in Mei memóriam faciétis*» : rogo per eúndem Sánguinem tuum, magnum salútis nostræ prétium, rogo per hanc miram et ineffabilem caritátem, qua nos miseros et indignos sic amare dignátus es, ut laváres nos a peccátis nostris in Ságuine tuo. Doce me servum tuum indignum, quem inter cetera dona tua étiam ad officium sacerdotále vocáre dignátus es, nullis meis méritis, sed sola dignatióne misericórdiæ tuæ ; doce me, quæso, per Spíritum Sanctum tuum, tantum tractáre mystérium ea reveréntia et honóre, ea devotióne et timóre, quibus opórtet et decet. Fac me per grátiam tuam semper illud de tanto mystério crédere et intellégere, sentíre et fírmiter tenére, dícere et cogítare, quod tibi placet et expédit ánimæ meæ.

Intret Spíritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, et sine strépitu verbórum loquátur omnem veritátem. Profúnda quippe sunt nimis, et sacro tecta velámine. Propter magnam cleméntiam tuam concéde mihi Missárum sollémnia mundo corde et pura mente celebráre. Libera cor meum ab immúndis et nefándis, vanis et nóxiis cogitatióibus. Muni me beatórum Angelórum pia et fida custódia ac tutéla fortíssima, ut hostes ómnium bonórum confúsi discédant. Per virtútem tanti mystérii et per manum sancti Angeli tui, repélle a me et a cunctis servis tuis duríssimum spíritum superbiæ et cenodóxiæ, invidiæ et blasphemíæ, fornicatióis et immunditiæ, dubietátis et diffidéntiæ. Confundántur, qui nos persequúntur, péreant illi, qui nos pérdere festinant.

FERIA SECUNDA

REX írginum et amátor castitátis et intégritatis, coelésti rore benedictiόνis tuæ exstingue in corpore meo fómitem ardéntis libidinis, ut máneat in me tenor castitátis corpóris et ánimæ. Mortifica in membris meis carnis stímulos omnesque libidinósas commotióes, et da mihi veram et perpétuam castitátem cum ceteris donis tuis, quæ tibi placent in veritáte : ut sacrificium laudis casto corpore et mundo corde váleam tibi offérre. Quanta enim cordis contritióne et lacrimárum fonte, quanta reveréntia et tremóre, quanta corpóris castitate et ánimæ puritate istud divinum et coelésté sacrificium est celebrándum, ubi Caro tua in veritáte súmitur, ubi Sanguis tuus in veritáte bibitur, ubi ima summis, terréna divinis jungúntur, ubi adest sanctorum Angelórum præséntia, ubi ut es sacrificium et sacérdos mirabiliter et ineffabiliter constitútus!

FERIA TERTIA

QUI digne hoc sacrificium celebráre póterit, nisi tu, Deus omnipotens, offeréntem féceris dignum? Scio, Dómine, et vere scio, et idípsum pietáti tuæ confiteor, quia non sum dignus accédere ad tantum mystérium propter nimia peccáta mea et infinitas neglegéntias meas. Sed scio, et veráciter ex toto corde meo credo et ore confiteor, quia tu potes me fácere dignum, qui solus potes fácere mundum de immúndo concéptum sémine, et de peccatóribus justos et sanctos. Per hanc omnipoténtiam tuam te rogo, Deus meus, ut concédas mihi peccatóri hoc sacrificium celebráre cum timore et tremóre, cum cordis puritate et lacrimárum fonte, cum lætítia spiritali et coelésti gáudio. Séntiat mens mea dulcedinem beatíssimæ præséntiæ tuæ, et excúbias sanctorum Angelórum tuórum in circúitu meo.



Prayers of St. Ambrose before Mass
for each day of the week

SUNDAY

O SUPREME High Priest and true Pontiff, Jesus Christ, Who didst offer Thyself to God the Father as a pure and spotless Victim upon the Altar of the Cross for us miserable sinners, Who didst give us Thy Flesh to eat and Thy Blood to drink, and Who didst ordain that Mystery in the power of the Holy Ghost saying: "*As often as you do this, do it in remembrance of Me*"; I ask Thee by this same Blood of Thine, the great price of our salvation, and by that wonderful and unspeakable love with which Thou dost love us so much so as to wash us from our sins in Thy Blood, as miserable and unworthy though we are: teach me, Thy unworthy servant, whom among Thy other gifts, Thou hast deigned to call to the priestly office, not for my own merit but only out of the worthiness of Thy mercy; I beseech Thee teach me through Thy Holy Ghost to handle so great a Mystery with such great reverence and honour, with such fear and devotion, as are due and fitting. Through Thy grace make me always to believe and to understand, to conceive and to firmly hold, and to think and speak of this wondrous Mystery in such a way as it pleases Thee and benefits my own soul.

Let Thy good Spirit enter into my heart where He may silently resound and, without clamor of words, speak all truth. For Thy Mysteries are indeed exceedingly deep and covered with a sacred veil. On account of Thy great mercy grant me to celebrate at the Solemnity of the Mass with a clean heart and a pure mind. Free my heart from all unclean, unholy, vain and hurtful thoughts. Defend me with a loving and faithful guard, the mighty protection of Thy blessed Angels, so the enemies of all good may go away ashamed. Through the virtue of this great Mystery and by the hand of Thy holy Angel, drive away from me and from all Thy servants the stubborn spirit of pride and vain-glory, of impurity and uncleanness, of doubting and mistrust. May those who persecute us be confounded; may they perish those who make haste to destroy us.

MONDAY

O KING of virgins and lover of chastity and innocence, extinguish in my body by the dew of Thy heavenly blessing whatever may kindle the burning of wanton desire, so purity of body and soul may abide in me. Mortify in my members the incitements of the flesh and all lustful emotions. Also give me true and persevering chastity with Thine other gifts which please Thee in truth, so that I may with chaste body and pure heart offer unto Thee a sacrifice of praise. For with how great a contrition of heart and flowing of tears or a chastity of body and purity of soul should that divine and heavenly Sacrifice be celebrated, wherein Thy Flesh is in truth eaten, wherein Thy Blood in truth is drunk, wherein things lowest and highest, earthly and divine, are united, where the holy Angels are present, where Thou art in a marvelous and unspeakable manner both Priest and Sacrifice.

TUESDAY

WHO can worthily celebrate this Sacrifice unless Thou, Almighty God, makest one worthy? I know, O Lord, yea, truly do I know and this do I confess to Thy loving-kindness, that I am unworthy to approach so great a Mystery on account of my sins and numberless negligences; but I know, and truly with my whole heart do I believe and with my mouth confess that Thou canst make me worthy, Who alone canst make clean one conceived of unclean seed and canst make sinners to be righteous and holy. By this Thine almighty power I beseech Thee, O my God, to grant that I, a sinner, may celebrate this Sacrifice with fear and trembling, with purity of heart and streams of tears, with spiritual gladness and heavenly joy. May my mind feel the sweetness of Thy most blessed Presence and the guardianship of Thy holy Angels round about me.

FERIA QUARTA

EGO enim, Dómine, memor venerandæ passiónis tuæ, accédo ad altáre tuum, licet pecátor, ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti et offerri præcepisti in commemoratíonem tui, pro salúte nostra. Súscipe illud, quæso, summe Deus, pro Ecclésia sancta tua et pro populo, quem acquisivisti Sanguine tuo. Et quóniam me peccatórum inter te et eúndem pópulum tuum médiū esse voluisti, licet in me áliquod boni óperis testimónium non agnóscas, officium saltem dispensatiónis créditæ non recúses ; nec per me indignum eórum salútis péreat prætium, pro quibus víctima salutáris dignátus es esse et redemptio. Prófero étiam, Dómine (si dignéris propítius intuéri), tribulatiónes plébium, perícula populórum, captivórum gémitus, misérias orphanórum, necéssitates peregrinórum, inópiam debílium, desperatiónes languéntium, deféctus senum, suspíria juvenum, vota virginum, láménta viduárum.

FERIA QUINTA

TU enim miseréris ómnium, Dómine, et nihil odísti eórum quæ fecisti. Memoráre, quæ sit nostra substántia ; quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es, ne irascáris satis, neque multitudínem viscerum tuórum super nos contíneas. Non enim in justificatiónibus nostris prostérnimus preces ante faciē tuam, sed in miseratiónibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitátes nostras, et ignem Sancti Spiritus in nobis cleménter accénde. Aufer cor lapideum de carne nostra et da nobis cor cárneum, quod te amet, te diligat, te delectétur, te sequátur, te perfruátur. Orámus, Dómine, cleméntiam tuam, ut seréno vultu familiam tuam, sacri tui nóminis officia præstolántem, aspícere dignéris ; et, ut nullius sit írritum votum, nullius vácuá postulátio, tu nobis preces súggere, quas ipse propítius audíre et exaudíre delectéris.

FERIA SEXTA

ROGÁMUS etiam te, Dómine, sancte Pater, et pro spirítibus fidélium defunctorum, ut sit illis salus, sánitas, gáudium et refrigeríum, hoc magnum pietátis sacraméntum. Dómine, Deus meus, sit illis hódie magnum et plenum convivium de te pane vivo, qui de cœlo descendisti et das vitam mundo, de tua carne sancta et benedicta, Agni videlicet immaculáti, qui tollis peccáta mundi, quæ de sancto et glorióso beátæ Virgínis Mariæ útero est assúpta et de Spirítu Sancto concépta ; ac de illo pietátis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratíssimo látere emanávit : ut, exínde refécti et satiáti, refrigeráti et consoláti, exsúltent in laude et glória tua.

Peto cleméntiam tuam, Dómine, ut descéndat super panem tibi sacrificándum plenitúdo tuæ benedictiónis, et sanctificatío tuæ divinitátis. Descéndat étiam, Dómine, illa Sancti Spiritus tui invisibilis incomprehensibilisque majéstas, sicut quondam in patrum hóstias descendébat ; qui et oblatiónes nostras Corpus et Sanguinem tuum efficiat, et me indignum sacerdotem dóceat tantum tractáre mystérium cum cordis puritáte et lacrimárum devotíone, cum reveréntia et tremóre, ita ut plácide ac benigne suscípias sacrificium de máni-bus meis, ad salútem ómnium tam vivórum quam defunctorum.

SABBATO

ROGO étiam te, Dómine, per ipsum sacrosáctum mystérium Córporis et Sanguinis tui, quo cotidie in Ecclésia tua páscimur et potámur, ablúimur et sanctificámur, atque unius summæ divinitátis partícipes effícimur. Da mihi virtutes tuas sanctas, quibus replétus bona

WEDNESDAY

O LORD, ever mindful of Thy venerable Passion, I, though a sinner, approach Thine Altar so I might offer Thee that Sacrifice which Thou hast instituted and commanded us to offer in remembrance of Thee for our salvation. Receive it, I beseech Thee, O God Most High, for Thy holy Church and for the people whom Thou hast purchased with Thy Blood. And since Thou hast willed that I, a sinner, should be in the midst between Thee and Thy people, although Thou perceivest not in me the evidence of good works, at least refuse not the service of the ministry which Thou hast given me; let not the price of their salvation be wasted through my unworthiness, whose saving Victim and redemption Thou didst deign to be. I also bring before Thee, O Lord, if Thou wilt deign to consider them, the tribulations of the people, the perils of the nations, the groans of prisoners, the misery of orphans, the necessities of strangers, the helplessness of the weak, the depression of the weary, the infirmities of the aged, the aspirations of the young, the vows of virgins, and the lamentations of widows.

THURSDAY

O LORD, Thou art merciful unto all and hatest nothing that Thou hast made. Remember what we are made of, for Thou art our Father, Thou art our God. Be not angry with us for ever, nor withhold the multitude of Thy mercies from us; for it is not in our righteousness, but in Thy great compassion that we humbly place our prayers before Thee. Take from us our iniquities and graciously enkindle the fire of Thy Holy Ghost within us. Take from us our hearts of stone and give us hearts of flesh, which may love Thee, prefer Thee, delight in Thee, follow Thee, and enjoy Thee. O Lord, out of Thy mercy we beg Thee to look favourably upon Thy family awaiting the service of Thy holy Name, May the prayers of none be ineffectual, nor the petitions of any be unfruitful. Do Thou put into our minds such prayers as Thou mayest delight graciously to hear and answer.

FRIDAY

O LORD, Holy Father, we beseech Thee on behalf of the souls of the faithful departed that this great Sacrament of Thy love may be for them health, salvation, joy and refreshment. O Lord and my God, may it be a great and abundant feast of Thee, the living Bread, Who camest down from heaven and givest life unto the world; a feast of Thy holy and blessed Flesh, of the Lamb without spot, who takest away the sins of the world; the Flesh which was conceived of the Holy Ghost and taken from the holy and glorious womb of the blessed Virgin Mary; the Flesh of Thy most sacred Side pierced by the soldier's spear from which the Fountain of mercy flowed forth; with which after being fed and satisfied, refreshed and comforted, they may rejoice in Thy praise and glory.

O Lord, upon Thy mercy I pray that the fullness of Thy blessing and the sanctification of Thy divinity may descend upon the bread to be offered unto Thee. May the invisible and incomprehensible majesty of Thy Holy Spirit also descend as it came down of old upon the sacrifices of the Fathers; which will both make our oblations Thy Body and Blood, and teach me Thy unworthy priest, to treat so great a Mystery with purity of heart and with tears of devotion, with the reverence and trembling, so that Thou mayest graciously and favourably receive this sacrifice at my hands for the wellbeing of all, both the living and the departed.

SATURDAY

I ENTREAT Thee, O Lord, by this most holy mystery of Thy Body and Blood with which we are daily fed and given to drink, are washed and sanctified in Thy Church, and are made worthy partakers of the one supreme Divinity, grant unto me Thy holy virtues, that..

consciéntia ad altáre tuum accédam, ita ut hæc coeléstia sacraménta efficiántur mihi salus et vita. Tu enim dixísti ore tuo sancto et benedicto : «Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ego sum panis vivus, qui de coelo descéndi. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum.»

Panis dulcíssime, sana palátum cordis mei, ut séntiam suavitátem amóris tui. Sana illud ab omni languóre, ut nullam præter te séntiam dulcédinem. Panis candidíssime, habens omne delectaméntum et omnem sapórem, qui nos semper réficis et numquam in te déficis : comédât te cor meum, et dulcédine sapóris tui repleántur víscera ánimæ meæ. Mánducat te Angelus ore pleno : mandúcet te peregrínus homo pro módulo suo, ne deficere possit in via, tali recreátus viático.

Panis sancte, panis vive, panis munde, qui descendísti de coelo et das vitam mundo, veni in cor meum, et munda me ab omni inquinaménto carnis et spíritus. Intra in ánimam meam, sana et munda me intérius et extérius. Esto tutámen et continua salus ánimæ et córporis mei. Repélle a me insidiántes mihi hostes : recédant procul a præséntia poténtiæ tuæ, ut, foris et intus per te múnitus, recto trámite ad tuum regnum pervéniam ; ubi non in mystériis, sicut in hoc témpore ágitur, sed fácie ad fáciem te vidébimus, cum tradíderis regnum Deo et Patri, et eris Deus ómnia in ómnibus. Tunc enim me de te satiábis satietáte mirífica, ita ut nec esúriam nec sitiam in ætérnum : qui cum eodem Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas per omnia sæcula sæculórum. Amen.

.....

Oratio Sancti Ambrosii ante Missam

AD MENSAM dulcíssimi convívii tui, pie Dómine Jesu Christe, ego peccátor de própriis meis méritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericórdia et boni-táte, accédere véreor et contremisco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculátum, mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Déitas, o trem-énda majéstas, ego miser, inter angústias deprehénsus, ad te fontem misericórdiæ recúrro, ad te festíno sanándus, sub tuam protectionem fúgio ; et, quem Júdicem sustinére néqueo, Salvatórem habere suspiro. Tibi, Dómine, plagas meas osténdo, tibi verecúndiam meam détego. Scio peccáta mea multa et magna, pro quibus tímeo ; spero in misericórdias tuas, quarum non est númerus.

Réspice ergo in me óculis misericórdiæ tuæ, Dómine Jesu Christe, Rex ætérne, Deus et homo, crucifíxus propter hóminem. Exáudi me sperántem in te : miserére mei pleni misériis et peccátis, tui qui fontem miseratiónis numquam manáre cessábis.

Salve, salutáris víctima, pro me et omni humáno génere in patíbulo Crucis oblata. Salve, nóbilis et pretióse Sanguis, de vulnéribus crucifíxi Dómini mei Jesu Christi prófluens, et peccáta totius mundi ábluens.

Recordáre, Dómine, creatúræ tuæ, quam tuo Sanguine redemísti. Pænitet me peccásse, cûpio emendáre quod feci. Aufer ergo a me, clementíssime Pater, omnes iniquitátes et peccáta mea ; ut, purifícatus mente et corpore, digne degustáre merear Sancta sanctórum.

Et concéde, ut hæc sancta prælibátio Córporis et Sanguinis tui, quam ego indignus súmere inténdo, sit peccatórum meórum remissio, sit delictórum perfécta purgátio, sit túrpi-um cogitatónum effugátio ac bonórum sénsuum regenerátio, operúmque tibi placéntium salúbris efficácia, ánimæ quoque et córporis contra inimicórum meórum insídias firmís-sima tuítio. Amen.

filled by them I may draw near to Thine Altar with a good conscience. May these heavenly Sacraments be made unto me salvation and life, for as Thou hast said with Thy holy and blessed mouth, "The bread that I will give is my flesh, which I will give for the life of the world. I am the living bread which came down from heaven. If any man eat of this bread, he shall live forever."

Sweetest Bread, heal the palate of my heart that I may taste the pleasant savour of Thy love. Heal it of all infirmities that I may find sweetness in nothing other than Thee. O purest Bread, having all delight and all savour, which ever refreshest us and never failest, let my heart feed on Thee and may my inmost soul be fulfilled with the sweetness of Thy savour. The Angels feed upon Thee fully: let the wayfaring man feed on Thee according to his measure, that, refreshed with such a Viaticum, he may not fall by the way.

Holy Bread, O living Bread, O pure Bread, who camest down from heaven and givest life unto the world, come into my heart, and cleanse me from all defilement of flesh and spirit. Enter into my soul: heal and cleanse me within and without; be the protection and continual health of my soul and body. Drive far from me all foes that lie in wait; let them flee at the presence of Thy power, so that being guarded without and within by Thee, I may come to Thy kingdom straight away: where, not as now in mysteries, but face to face, we shall behold Thee: when Thou shalt have delivered up the kingdom to God, the Father, and shalt be God, all in all. Then shalt Thou satisfy me with Thyself in wondrous fullness, so that I shall never hunger nor thirst any more. Who with the same God the Father and the Holy Ghost livest and reignest forever and ever. Amen.

.....

Prayer of St. Ambrose before Mass

LORD Jesus Christ, I approach Thy banquet table in fear and trembling, for I am a sinner, and dare not rely on my own worth, but only on Thy goodness and mercy. I am defiled by my many sins in body and soul, and by my unguarded thoughts and words. Gracious God of majesty and awe, I seek Thy protection, I look for Thy healing. Poor troubled sinner that I am, I appeal to Thee, the fountain of all mercy. I cannot bear Thy judgement, but I trust in Thy salvation. Lord, I show my wounds to Thee and uncover my shame before Thee. I know my sins are many and great, and they fill me with fear, but I hope in Thy mercies, for they cannot be numbered.

Lord Jesus Christ, Eternal King, God and man, crucified for mankind, look upon me with mercy and hear my prayer, for I trust in Thee. Have mercy on me, full of sorrow and sin, for the depth of Thy compassion never ends.

Praise to Thee saving sacrifice, offered on the wood of the Cross for me and for all mankind. Praise to the noble and Precious Blood, flowing from the Wounds of my crucified Lord Jesus Christ and washing away the sins of the whole world.

Remember, Lord, Thy creature, whom Thou hast redeemed with Thy Blood; I repent my sins, and I long to put right what I have done. Merciful Father, take away all my offenses and sins; purify me in body and soul, and make me worthy to taste the Holy of Holies.

May Thy Body and Blood, which I intend to receive, although I am unworthy, be for me the remission of my sins, the washing away of my guilt, the end of my evil thoughts, and the rebirth of my better instincts. May it incite me to do the works pleasing to Thee, and a firm defense of body and soul against the wiles of my enemies. Amen.

Oratio Sancti Thomæ Aquinatis ante Missam

OMNIPOTENS sempitérne Deus, ecce, accedo ad sacraméntum unigéniti Filii tui, Dómini nostri Jesu Christi ; accédo tamquam infirmus ad médicum vitæ, im-múndus ad fontem misericórdiæ, cæcus ad lumen claritátis æternæ, pauper et egé-nus ad Dóminum coeli et terræ.

Rogo ergo imménsæ largitátis tuæ abundántiam, quaténus meam curáre dignéris infirmitátem, laváre foeditátem, illumináre cæcitaté, ditáre paupertátem, vestire nuditaté ; ut panem Angelórum, Regem regum et Dóminum dominántium, tan-ta suscipiam reveréntia et humilitáte, tanta contritióne et devotióne, tanta puritaté et fide, tali propósito et intentiόne, sicut expédit salúti ánimæ meæ.

Da mihi, quæso, Domínici Córporis et Sanguinis non solum suscipere sacraméntum, sed étiam rem et virtútem sacraménti. O mitíssime Deus, da mihi Corpus unigéniti Filii tui, Dómini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine María, sic suscipere, ut cörperi suo mýs-tico mérear incorporári, et inter ejus membra connumerári. O amantíssime Pater, concéde mihi diléctum Filium tuum, quem nunc velátum in via suscipere propóno, reveláta tan-dem fácie perpétuo contemplári : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Laudétur et adorétur in ætérnum sanctíssimum Sacraméntum.

Oratio ad B. V. M. ante Missam

O MATER pietátis et misericórdiæ, beatíssima Virgo María, ego miser et indignus peccátor ad te confúgio toto corde et afféctu ; et precor pietátem tuam, ut, sicut dulcíssimo Filio tuo in Cruce pendénti astitisti, ita et mihi, misero peccatóri, et fid-élibus ómnibus sacrosáctum Filii tui Corpus suméntibus, cleménter adsistere dig-neris, ut, tua grátia adiúti, digne ac fructuóse illud súmerem valeámus. Amen.

Sancta Maria, Regína Confessórum et Refúgium peccatórum, ora pro nobis.

Oratio ad Iosephum ante Missam

O FELÍCEM virum, beátum Ióseph, cui datum est Deum, quem multi reges volu-érunt vídere et non vidérunt, audíre et non audierunt, non solum vídere et audíre, sed portáre, deosculári, vestíre et custodíre!

Ÿ. Ora pro nobis, beáte Ioseph.

Ŕ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

DEUS, qui dedisti nobis regále sacerdotium : præsta quæsumus ; ut, sicut beatus Ioseph unigénitum Filium tuum, natum ex María Virgine, suis mánibus reverénter tractáre mérui et portáre, ita nos fácias cum cordis munditia et óperis innocentia tuis sanctis altáribus deservíre, ut sacrosáctum Filii tui Corpus et Sanguinem hodie dig-ne sumámus, et in futúro sæculo præmium habére mereámur ætérnum. Per eúndem Christ-um Dóminum nostrum. Amen.

Sancte Ioseph, Filii Dei nutrície, ora pro nobis.




Prayer of St. Thomas Aquinas before Mass

O ALMIGHTY and everlasting God, behold, I come to the Sacrament of Thi-ne only-begotten Son, our Lord, Jesus Christ; I come as one infirm to the physi-cian of life, as one unclean to the fountain of mercy, as one blind to the light of everlasting brightness, as one poor and needy to the Lord of heaven and earth.

Therefore I implore the abundance of Thy measureless bounty that Thou woul-dst vouchsafe to heal my infirmity, wash my uncleanness, enlighten my blind-ness, enrich my poverty and clothe my nakedness, that I may receive the Bread of Angels, the King of kings, the Lord of lords, with such reverence and humility, with such sorrow and devotion, with such purity and faith, with such purpose and intention as may be profitable to my soul's salvation.

Grant unto me, I pray, the grace of receiving not only the Sacrament of our Lord's Body and Blood, but also the grace and power of the Sacrament. O most gracious God, grant me so to receive the Body of Thine only-begotten Son, our Lord Jesus Christ, which He took from the Virgin Mary, as to merit to be incorporated into His mystical Body, and to be numbered amongst His members. O most loving Father, give me grace to behold for-ever Thy beloved Son with His Face at last unveiled, Whom I now purpose to receive under the sacramental veil here below: Who livest and reignest with Thee in the unity of the Holy Ghost, God for all ages of ages.

Praise and adoration ever more be given to the most holy Sacrament.



Prayer to the B. V. M. before Mass

O MOST blessed Virgin Mary, Mother most loving and most merciful, I, a miser-able and unworthy sinner, come before thee, with the heartfelt prayer, that of thy loving-kindness thou wouldest vouchsafe graciously to be near me and all the faith-ful who are to receive the Body of thy Son, even as thou wert near thy most dear Son as He hung bleeding on the Cross, that, aided by thy gracious help, we may re-ceive It worthily and fruitfully. Amen.

Holy Mary, Queen of Confessors and Refuge of Sinners, pray for us.

(Pre-1968: 300 days for any devout invocation of St. Joseph's holy name in assistance)*



Prayer to Joseph before Mass

HAPPY and blessed art thou, O Joseph, to whom it wast given not only to see and to hear that God Whom many kings desired to see and saw not, to hear and heard not; but also to bear Him in thine arms, to embrace Him, to clothe Him, and to guard and defend Him.

Ÿ. Pray for us, O blessed Joseph.

Ŕ. That we may be made worthy of the promises of Christ.

Let us pray.

O GOD, Who hast given unto us a royal priesthood, vouchsafe, we beseech Thee, that as blessed Joseph wast found worthy to touch with his hands, and to bear in his arms, Thy only begotten Son, born of the Virgin Mary, so may we be made fit, by cleanness of heart and blamelessness of life, to minister at Thy holy altar; may we this day with reverent devotion partake of the Sacred Body and Blood of Thy only-begotten Son, and may we in the world to come be accounted worthy of receiving an everlasting re-ward. Through the same Christ our Lord. Amen.

Holy Joseph, Foster-father of the Son of God, pray for us.

(Pre-1968: 300 days for any devout invocation of St. Joseph's holy name in assistance)*


Oratio ad omnes Angelos et Sanctos ante Missam

ANGELI, Archàngeli, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes cœlorum, Chérubim atque Séraphim, omnes Sancti et Sanctæ Dei, præsertim Patróni mei, intercédere dignemini pro me, ut hoc sacrificium Deo omnipotenti digne váleam offerre, ad laudem et glóriam nóminis sui et ad utilitatem meam totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ. Amen.

BENEDÍCITE Dóminum omnes Angeli eius ;
poténtes virtute qui fácitis verbum eius.

Benedícite Dóminum omnes virtutes eius ;
miniísti eius qui facitis voluntatem eius.

(ex M.R.; Ps. CII, 20-21)



Prayer to all the Angels and Saints before Mass

ANGELS, Archangels, Thrones, Dominations, Principalities, Powers, heavenly Virtues, Cherubim and Seraphim; all Saints of God, holy men and women, and for you especially my patrons: deign to intercede for me that I may be worthy to offer this Sacrifice to almighty God, to the praise and glory of His name, for my own welfare and also that of all His holy Church. Amen.

BLESS the Lord, all ye His Angels,
you that are mighty in strength, and that execute His word.

Bless the Lord, all ye Hosts:
ye ministers of His that do His will.

(Ps. 102:20-21; Pre-1968)

Oratio ad Sanctum in cuius honorem Missa celebratur

O SANCTE (♂) / SANCTA (♀) N. (Sanctos / Sanctas NN.), ecce ego miser peccátor, de tuis (vestris) méritis confisus, offero nunc sacratissimum Sacraméntum Córporis et Sanguinis Dómini nostri Iesu Christi pro tuo honóre et glória. Precor te humiliter et devóte, ut pro me hódie intercédere dignéris, ut tantum sacrificium digne et acceptabiliter offerre váleam, ut eum tecum et cum ómnibus eléctis eius æternáliter laudáre, atque cum eo regnáre váleam : Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum. Amen.

Categorised under "To Fulfil Worthily the Sacred Offices Committed to Them", this second set of prayers, as set out above (commencing p.11), and taken from the Roman Missal for the devotion of priests, are to ..

Prayer to the Saint(s) for Whom Mass is Celebrated

O SAINT N. (Saints NN.), behold, I a miserable sinner, trusting in thy merits, offer now the most holy Sacrament of the Body and Blood of our Lord Jesus Christ for thy honour and glory. Humbly and devoutly I pray thee, that thou wouldst deign to intercede for me this day, that I may be strengthened to offer worthily and acceptably so great a sacrifice, so that with thee and with all His elect, I may be strengthened to praise Him eternally, and to reign with Him: Who liveth and reigneth forever and ever. Amen.

.. be said, according to their opportunity, before celebrating Mass and had attached to them an Indulgence of 3 years each (excluding invocations); The Raccolta (1957) #747 (b). N.B. 'historical' Pre-1968.

Declaratio intentionis ante Missam

EGO volo celebráre Missam, et conficere Corpus et Sanguinem Dómini nostri Iesu Christi, iuxta ritum sanctæ Románæ Ecclésiæ, ad laudem omnipoténtis Dei totiúsque Cúriæ triumphántis, ad utilitatem meam totiúsque Cúriæ militántis, pro ómnibus, qui se commendavérunt oratióibus meis in génere et in spécie, et pro felici statu sanctæ Románæ Ecclésiæ. Amen.

Gaudium cum pace, emendatióem vitæ, spátium veræ pæniténtiæ, grátiam et consolatióem Sancti Spíritus, perseverántiam in bonis opéribus tribuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus. Amen.

(Gregorius XIII ; ex M.R.)

Statement of Intention before Mass

MY purpose is to celebrate Mass and to confect the Body and Blood of our Lord Jesus Christ according to the rite of the holy Roman Church to the praise of almighty God and all the Triumphant Church in heaven, for my good and the good of all the Church Militant on earth, and for all who have commended themselves to my prayers in general and in particular, and for the favorable state of the holy Roman Church.

May the almighty and merciful Lord grant us joy with peace, amend-ment of life, room for true repentance, the grace and consolation of the Holy Ghost and perseverance in good works. Amen.

(Pre-1968: 500 days)

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM

Oratio post Missam

ANT: Trium puerorum cantemus hymnum :
quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.
(Tempore paschali : Allelui.)

Canticum trium puerorum
(Benedicite)

BENEDÍCITE, ómnia ópera Dómini, Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sæcula.
Benedicite, Ángeli Dómini, Dómino : benedicite, cæli, Dómino.
Benedicite, aquæ omnes quæ super coelos sunt, Dómino : benedicite omnes virtutes Dómini, Dómino.
Benedicite, sol et luna, Dómino : benedicite, stellæ cæli, Dómino.
Benedicite, omnis imber et ros, Dómino : benedicite, omnes spíritus Dei, Dómino.
Benedicite, ignis et æstus, Dómino : benedicite, frigus et æstus, Dómino.
Benedicite, rores et pruina, Dómino : benedicite, gelu et frigus, Dómino.
Benedicite, glacies et nives, Dómino : benedicite, noctes et dies, Dómino.
Benedicite, lux et ténebræ, Dómino : benedicite, fúlgura et nubes, Dómino.
Benedicat terra Dóminum : laudet et superexáltet eum in sæcula.
Benedicite, montes et colles, Dómino : benedicite, unívsa germinántia in terra, Dómino.
Benedicite, fontes, Dómino : benedicite, mária et flúmina, Dómino.
Benedicite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino : benedicite, ómnes vólucres cæli, Dómino.
Benedicite, omnes béstiae et pécora, Dómino : benedicite, filii hóminum, Dómino.
Benedicite, Israël, Dóminum : laudet et superexáltet eum in sæcula.
Benedicite, sacerdotes Dómini, Dómino : benedicite, servi Dómini, Dómino.
Benedicite, spíritus et ánimæ justórum, Dómino : benedicite, sancti et húmiles corde, Dómino.
Benedicite, Ananía, Azaría, Misaël, Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sæcula.
Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spíritu ; laudémus et superexaltémus eum in sæcula.
Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli : et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in sæcula.
(ex M.R., B.R.)

~~~~~  
**PSALMUS CL**  
*Allelúia.*

**LAUDÁTE** Dóminum in sanctis eius : laudáte eum in firmaménto virtútis eius.  
Laudáte eum in virtútibus eius : laudáte eum secúndum multitudínem magnitúdinis eius.  
Laudáte eum in sono tubæ : laudáte eum in psaltério, et cíthara.  
Laudáte eum in týmpano, et choro : laudáte eum in chordis, et órgano.  
Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus : laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis :  
omnis spíritus laudet Dóminum.

**Glória Patri ...**



\*\*\*\*\*  
THANKSGIVING AFTER MASS  
\*\*\*\*\*

**Prayer after Mass**

ANT: Let us sing a hymn with the three young men,  
who sang in the fiery furnace, blessing the Lord.  
(Eastertide: Allelui.)

**Canticle of the Three Youths**  
(Daniel 3, 57-88, 56)

**O ALL** ye works of the Lord, bless ye the Lord: praise and exalt Him above all for ever.  
O ye angels of the Lord, bless ye the Lord: bless the Lord, ye heavens.  
O all ye waters that are above the heavens, bless ye the Lord: bless ye the Lord all ye powers of the Lord.  
O ye sun and moon, bless the Lord: Bless the Lord, ye stars of heaven.  
O ye showers and dew, bless ye the Lord: bless the Lord all ye spirits of God.  
O ye fire and heat, bless the Lord: bless ye the Lord, ye winter and summer.  
O ye dews and hoar-frost, bless the Lord: bless the Lord ye frost and cold.  
O ye ice and snow, bless ye the Lord: bless the Lord, ye nights and days.  
O ye light and darkness, bless the Lord: bless the Lord, ye lightnings and clouds.  
O Let the earth bless the Lord: let it praise and exalt Him above all for ever.  
O ye mountains and hills, bless ye the Lord, all things that spring forth upon the earth.  
O ye fountains, bless ye the Lord: bless the Lord, ye seas and floods.  
O ye whales, and all that move in the waters, bless ye the Lord: bless the Lord all ye fowls of the air.  
O all ye beasts and cattle, bless ye the Lord: bless the Lord, ye sons of men.  
Let Israel bless the Lord: let him praise and exalt Him above all for ever.  
O ye priests of the Lord, bless ye the Lord: bless the Lord ye servants of the Lord.  
O ye spirits and souls of the just, bless ye the Lord: bless the Lord all ye that are holy and humble of heart.  
O Ananias, Azaria, and Misael bless ye the Lord: praise and exalt Him above all for ever.  
Let us bless the Father and the Son, with the Holy Ghost: let us praise and exalt Him above all for ever.  
Blessed art Thou, O Lord, in the firmament of heaven: worthy to be praised, and glorious, and exalted above all for ever.

(Lauds for Sundays & feast days)

~~~~~  
PSALM 150

Laudate Dominum in sanctis. An exhortation to praise God with all sorts of instruments.

PRAISE ye the Lord in his holy places: praise ye him in the firmament of his power.
Praise ye him for his mighty acts: praise ye him according to the multitude of his greatness.
Praise him with sound of trumpet: praise him with psaltery and harp.
Praise him with timbrel and choir: praise him with strings and organs.
Praise him on high sounding cymbals: praise him on cymbals of joy:
let every spirit praise the Lord.

Glory be ...

ANT: Trium puerórum cantémus hymnum :
quem cantabánt sancti in camíno ignis, benedicéntes Dóminum.
(Tempore paschali : Allelúi.)

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.

Pater noster ... (*secreto*)

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem :
R. Sed libera nos a malo. Amen.

Ÿ. Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua.
R. Et Sancti tui benedicant tibi.

Ÿ. Exsultábunt Sancti in glória.
R. Sed nómini tuo da glóriam.

Ÿ. Dómine, exáudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

[Ÿ. Dóminus vobíscum.]
[R. Et cum spiritu tuo.]

Orémus.

DEUS, qui tribus púeris mitigásti flammás ignium : + concéde propítius, ut nos fámulos tuos non exúrat flamma vitiórum.

ACTIONES nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præveni, et adiuvándo proséquere :
+ ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te coëpta finiátur.

DA NOBIS, quæsumus Dómine, + vitiórum nostrórum flammás exstíngere ; qui beato Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Christum, Dóminum nostrum. *Amen.*

Categorised under “To Fulfil Worthily the Sacred Offices Committed to Them”, these prayers, as set out above (commencing p.16), and taken from the Roman Missal for the devotion of priests are to be ..

• • • • •

The proceeding prayers (as set out below, pp. 18-27, excluding invocations), also recommended to be said by priests after celebrating Mass, according to their opportunity, carried each an Indulgence of 3 years ..

ANT: Let us sing a hymn with the three young men,
who sang in the fiery furnace, blessing the Lord.
(Tempore paschali : Allelúi.)

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.

Pater noster ... (*secreto*)

Ÿ. And lead us not into temptation.
R. But deliver us from evil. Amen.

Ÿ. Let all Thy works, O Lord, praise Thee.
R. And let Thy Saints bless Thee.

Ÿ. The Saints shall rejoice in Thy glory.
R. But to Thy Name give the glory.

Ÿ. O Lord, hear my prayer.
R. And let my cry come to Thee.

[Ÿ. The Lord be with you.]
[R. And with thy spirit.]

Let us pray.

O GOD, Who mitigated the flames of fire for the three children, + grant in Thy mercy that the flame of vice may not consume us, Thy servants.

DIRECT, we beseech Thee, O Lord, all our actions by Thy holy inspiration and further them by Thy gracious assistance; + so that our every word and work of ours may begin always from Thee and through Thee be happily ended.

QUENCH in us, we beseech Thee, O Lord, + the flame of vice, as you granted to blessed Lawrence to overcome the fire of his torments. Through Christ our Lord. *Amen.*

*.. said, according to their opportunity, after celebrating Mass, had attached to them an Indulgence of 5 years *; The Raccolta (1957) #750 (a). N.B. Such Indulgence is of the ‘historical’ Pre-1968 category.*

• • • • •

.. (unless otherwise stated & excluding the Universal Prayer of Clement XI, which carries no formal indulgence however is widely recited after Holy Mass); The Raccolta (1957) #750 (b). N.B. ‘historical’ Pre-1968.

Oratio S. Bonaventuræ post Missam

TRANSFÍGE, dulcíssime Dómine Jesu, medúllas et víscera ánimæ meæ suavíssimo ac salubérrimo amoris tui vúlnerē, vera serenáque et apostólica sanctíssima caritatē, ut lángueat et liquefiat ánima mea solo semper amore et desiderio tui ; te concupíscat et deficiat in átria tua, cúpiat dissólvi et esse tecum.

Da, ut ánima mea te esúriat, panem Angelórum, refectiónem animárum sanctárum, panem nostrum cotidiánum, supersubstantialē, habéntem omnem dulcedinem et sapórem et omne delectaméntum suavitátis. Te, in quem desiderant Angeli prospícere, semper esúriat et comédāt cor meum, et dulcedine sapóris tui repleántur víscera ánimæ meæ ; te semper sítiat fontem vitæ, fontem sapiéntiæ et sciéntiæ, fontem ætérni lúminis, torréntem voluptátis, ubertátem domus Dei.

Te semper ámbiat, te quærat, te invéniat, ad te tendat, ad te pervéniat, te meditétur, te loquátur, et ómnia operétur in laudem et glóriam nóminis tui, cum humilitáte et discretiónē, cum dilectiónē et delectatióne, cum facilitáte et afféctu, cum perseverántia usque in finem ; ut tu sis solus semper spes mea, tota fidúcia mea, divitiæ meæ, delectatió mea, jucúnditas mea, gáudium meum, quies et tranquillitas mea, pax mea, suávitās mea, odor meus, dulcédo mea, cibus meus, refectio mea, refúgium meum, auxilium meum, sapiéntia mea, portio mea, posséssio mea, thesáurus meus, in quo fixa et firma et immobiliter semper sit radicáta mens mea et cor meum. Amen.

~~~~~  
**TU** es Christus, Filius Dei vivi.

(S. Matt. XVI, 16)

~~~~~


Oratio S. Thomæ Aquinatis post Missam

GRÁTIAS tibi ago, Dómine, sancte Pater, omnípotens, ætérne Deus, qui me peccatórem, indignum fámulum tuum, nullis meis méritis, sed sola dignatióne misericórdiæ tuæ satiáre dignátus es pretióso Corpore et Sanguine Filii tui, Dómini nostri Iesu Christi. Et precor, ut hæc sancta commúnió non sit mihi reátus ad poenam, sed intercessio salutáris ad véniam. Sit mihi armatúra fidei et scutum bonæ voluntátis. Sit vitiórum meórum evacuatió, concupiscéntiæ et libídinis exterminatió, caritátis et patiéntiæ, humilitátis et obœdiéntiæ omniúmque virtútum augmentatió : contra insídias inimicórum ómnium, tam visibílium quam invisibílium firma defénsio ; mótuum meórum, tam carnálium quam spirituálium, perfectá quietatió, in te uno ac vero Deo firma adhæsió, atque finis mei felix consummatio.

Et precor te, ut ad illud ineffábile convívium me peccatórem perducere dignéris, ubi tu cum Filio tuo et Spiritu Sancto, Sanctis tuis es lux vera, satiétas plena, gáudium sempitérnum, iucúnditas consummáta et felicitas perfectá. Amen.

*Laudétur et adorétur omni mómento
sanctíssimum et diviníssimum Sacraméntum!*

(Equivalent)



Prayer of St. Bonaventure after Mass

PIERCE, O most Sweet Lord Jesus, my in-most soul with the most joyous and healthful wound of Thy love, with true, serene, and most holy apostolic charity, that my soul may ever languish and melt with love and longing for Thee, that in longing for Thee, that it may yearn for Thee and faint for Thy courts, and long to be dissolved and to be with Thee.

Grant that my soul may hunger after Thee, the bread of angels, the refreshment of holy souls, our daily and super-substantial bread, having all sweetness and savour and every delight of taste; let my heart ever hunger after and feed upon Thee, upon Whom the angels desire to look, and may my in-most soul be filled with the sweetness of Thy savour; may it ever thirst after Thee, the fountain of life, the fountain of wisdom and knowledge, the fountain of eternal light, the torrent of pleasure, the richness of the house of God.

May it ever compass Thee, seek Thee, find Thee, run to Thee, attain Thee, meditate upon Thee, speak of Thee, and do all things to the praise and glory of Thy Name, with humility and discretion, with love and delight, with ease and affection, and with perseverance unto the end. May Thou alone be ever my hope, my entire assurance, my riches, my delight, my pleasure, my joy, my rest and tranquility, my peace, my sweetness, my fragrance, my sweet savour, my food, my refreshment, my refuge, my help, my wisdom, my portion, my possession and my treasure, in Whom may my mind and my heart be fixed and firmly rooted immovably henceforth and forever. Amen.

~~~~~  
**THOU** art the Christ, the Son of the living God.

(Pre-1968: 500 days when said before the Blessed Sacrament)

~~~~~

Prayer of St. Thomas Aquinas after Mass

I GIVE thanks to Thee, O Lord, most holy, Father almighty, eternal God, that Thou hast vouchsafed, for no merit of mine own, but out of Thy pure mercy, to appease the hunger of my soul with the precious Body and Blood of Thy Son, Our Lord Jesus Christ. Humbly I implore Thee, let not this holy communion be to me an increase of guilt unto my punishment, but an availing plea unto pardon and salvation. Let it be to me the armour of faith and the shield of good will. May it root out from my heart all vice; may it utterly subdue my evil passions and all my unruly desires. May it perfect me in charity and patience; in humility and obedience; and in all other virtues. May it be my sure defence against the snares laid for me by my enemies, visible and invisible. May it restrain and quiet all my evil impulses, and make me ever cleave to Thee Who art the one true God. May I owe to it a happy ending of my life.

And do Thou, O heavenly Father, vouchsafe one day to call me, a sinner, to that ineffable banquet, where Thou, together with Thy Son and the Holy Ghost, art to Thy saints true and unfailing light, fullness of content, joy for evermore, gladness without alloy, consummate and everlasting happiness. Amen.

*O Sacrament most holy; O Sacrament divine!
all priase and all thanksgiving be every moment Thine!*

(Pre-1968: 300 days*; 3 years if recited in the presence of the Blessed Sacrament; Rosary: add after Fatima Prayer)

Adoro te devote (Rhythmus)

ADÓRO te devote, latens Deitas,
Quæ sub his figûris vere látitas ;
Tibi se cor meum totum súbiicit,
Quia te contémplans, totum déficit.

Visus, tactus, gustus in te fállitur,
Sed auditu solo tuto créditur ;
Credo quidquid dixit Dei Filius,
Nil hoc verbo veritátis vérius.

In Cruce latébat sola Déitas.
At hic latet simul et humánitas :
Ambo tamen credens, atque cónfitens,
Peto quod petívit latro pænítens.

Plagas, sicut Thomas, non intúeor,
Deum tamen meum te confíteor :
Fac me tibi semper magis crédere,
In te spem habére, te diligere.

O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus vitam præstans hómini :
Præsta meae menti de te vívere,
Et te illi semper dulce sápere.

Pie pellicáne Iesu Dómine,
Me immúndum munda tuo Sânguine :
Cuius una stilla saluum fácere
Totum mundum quit ab omni scélere.

Iesu, quem velátum nunc aspício,
Oro, fiat illud, quod tam sítio,
Ut te reveláta cernens fácie,
Visu sim beátus tuæ glóriæ.
Amen.

(St. Thom. Aquinas, Tr: E. Caswal; ex M.R.)

Anima Christi

ANIMA Christi, sanctífica me.
Corpus Christi, salva me.
Sanguis Christi, inébria me.
Aqua láteris Christi, lava me.
Pássio Christi, confórta me.
O bone Iesu, exáudi me.
Intra tua vúlnera abscónde me.
Ne permíttas me separári a te.
Ab hoste maligno defénde me.
In hora mortis meæ voca me.
Et iube me veníre ad te,
Ut cum Sanctis tuis laudem te
in sæcula sæculórum.
Amen.

Adoro te Devote (Rhythm)

O GODHEAD hid, devoutly I adore Thee,
Who truly art within the forms before me;
To Thee my heart I bow with bended knee,
As failing quite in contemplating Thee.

Sight, touch, and taste in Thee are each deceived;
The ear alone most safely is believed:
I believe all the Son of God has spoken,
Than Truth's own word there is no truer token.

God only on the Cross lay hid from view;
But here lies hid at once the Manhood too:
And I, in both professing my belief,
Make the same prayer as the repentant thief.

Thy wounds, as Thomas saw, I do not see;
Yet Thee confess my Lord and God to be:
Make me believe Thee ever more and more;
In Thee my hope, in Thee my love to store.

O thou Memorial of our Lord's own dying!
O Bread that living art and vivifying!
Make ever Thou my soul on Thee to live;
Ever a taste of Heavenly sweetness give.

O loving Pelican! O Jesu, Lord!
Unclean I am, but cleanse me in Thy Blood;
Of which a single drop, for sinners spilt,
Is ransom for a world's entire guilt.

Jesu! Whom for the present veil'd I see,
What I so thirst for, O vouchsafe to me:
That I may see Thy countenance unfolding,
And may be blest Thy glory in beholding.
Amen.

(1968: Partial; Pre-1968: 5 years*; 7 years if recited before the Blessed Sacrament, even if last stanza only)

Soul of Christ

SOUL of Christ, sanctify me.
Body of Christ, save me.
Blood of Christ, inebriate me.
Water from the side of Christ, wash me.
Passion of Christ, strengthen me.
O good Jesus, hear me.
Within Thy wounds, hide me.
Suffer me not to be separated from Thee.
From the malignant enemy, defend me.
At the hour of death, call me.
And bid me come to Thee,
that with Thy saints I may praise Thee,
forever and ever.
Amen.

(1968: Partial | Pre-1968: 300 days*; or 7 years after Holy Communion)

Suscipe, Domine (S. Ignatus de Loyola)

SÚSCIPE, Dómine, univérſam meam libertátem. Accipe memóriam, intelléctum, atque voluntátem omnem. Quidquid hábeo vel possídeo mihi largítus es : id tibi totum restituo, ac tuæ prorsus voluntáti trado gubernándum. Amórem tui solum cum grátia tua mihi dones, et dives sum satis, nec áliud quidquam ultra posco. Amen.

*Deus meus, grátias tibi ago pro eo quod das,
pro eo quod súbtrahis. Fiat volúntas tua.*

Oratio ad B. V. M. post Missam

O MARÍA, Virgo et Mater sanctíssima, ecce, suscépi dilectíssimum Filium tuum, quem immaculáto útero tuo concepísti, genuísti, lactásti, atque suávissimis ampléxibus strinxísti. Ecce, cujus aspéctu lætabáris et ómnibus deliciis replebáris, illum ipsum tibi humíliter et amánter repræsénto et óffero tuis bráchiis constringéndum, tuo corde amándum, sanctissimæque Trinitáti in suprénum latriæ cultum, pro tui ipsíus honóre et glória et pro meis totiúsque mundi necessitatibus, offeréndum. Rogo ergo te, piíssima Mater, ímpetra mihi véniam ómnium peccatórum meórum, uberémque grátiam ipsi deinceps fidélius serviéndi, ac deníque grátiam finálem, ut eum tecum laudáre possim per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Oratio ad S. Ioseph pro puritate, post Missam

VÍRGINUM Custos et Pater, Sancte Ioseph, cuius fidéli custódia ipsa Innocéntia, Christus Iesus, et Virgo vírginum María commíssa fuit, te per hoc utrúmque caríssimum pignus Iesum et Mariam óbsecro et obtéstor, ut me ab omni immundítia præservátum mente incontamináta, puro corde et casto córpore Iesu et Mariæ semper fácias castíssime famulári. Amen.

Oratio ad Sanctum in cuius honorem Missa celebrata est

SANCTE (♂) / SANCTA (♀) N. (*Sanctos / Sanctas NN.*), in cuius honórem incruéntum Córpore et Sanguinis Christi sacrificium obtuli, fac, tua poténti apud Deum intercessióne, ut, usu huius mystérii, Passiónis et mortis ejúsdem Christi Salvatóris nostri mérita cónsequar, ac, cum ilíus frequentatióne, continuo crescat meæ salútis effectus. Amen.

Oratio Ante Crucifixum

EN ego, O bone et dulcíssime Iesu, ante conspéctum tuum génibus me provólvo ac máximo ánimi adóre te oro atque obtéstor, ut meum in cor vívidos fidei, spei et caritátis sensus, atque veram peccatórum meórum pæniténtiam, éaque emendándi firmissimam volutátem velis imprimere: dum magno ánimi afféctu et dolore tua quínque Vúlnera mecum ipse considero, ac mente contéplor, illud præ óculis habens, quod iam im ore ponébat tuo David Prophéta de te, O bone Iesu :

*“Fodérunt manus meas et pedes meos; dinumeravérunt ómnia ossa mea.”
(Ps. XXI, 17-18)*



Receive, O Lord

RECEIVE O Lord, all my liberty. Take my memory, my understanding, and my entire will. Whatsoever I have or hold, Thou hast given me; I give it all back to Thee and commit it wholly to be governed by Thy will. Thy love and Thy grace give unto me, and I am rich enough and ask for nothing more. Amen.

*My God, I give Thee thanks for what Thou givest,
and for what Thou takest away; Thy will be done.*

(Pre-1968: 300 days)

Prayer to the Blessed Virgin Mary after Mass

O MARY, most holy Virgin and Mother, behold, I have received thy most beloved Son, Jesus Christ, whom thou concievedst in thy spotless womb, bore, nursed, and held with thy sweet embraces. Behold Him at whose sight thou wilt rejoice and be filled with every delight. With love I humbly return Him and offer Him to thee, to hold once more, to love with all thy heart, and to offer to the Holy Trinity as our supreme act of worship for thy honour and glory and for my good and the good of all the world. Therefore I ask thee, most loving Mother, to ask God for forgiveness of all my sins, abundant graces to help me serve Him more faithfully, and for that final grace that I may praise Him with thee for ever and ever. Amen.

A Prayer to St. Joseph

SAINT Joseph, father and guardian of virgins, into whose faithful keeping were entrusted Innocency itself, Christ Jesus, and Mary, the Virgin of virgins, I pray and beseech thee through Jesus and Mary, those pledges so dear to thee, to keep me from all uncleanness, and to grant that my mind may be untainted, my heart pure and my body chaste; help me always to serve Jesus and Mary in perfect chastity. Amen.

Prayer to the Saint(s) for Whom Mass has been Celebrated

O SAINT N. (*Saints NN.*), in whose honour I have offered the bloodless sacrifice of the Body and Blood of Christ, grant by thy powerful intercession with God, that, by the utility of this mystery, I may obtain the merits of the Passion and Death of this same Christ our Saviour, and with its frequency come to salvation. Amen.

Prayer Before a Crucifix

BEHOLD, O good and sweetest Jesu, I cast myself upon my knees in Thy sight, and with the most fervent desire of my soul I pray and beseech Thee to impress upon my heart lively sentiments of faith, hope and charity, true repentance for my sins and a most firm purpose of amendment: whilst with deep affection and grief of soul I consider within myself and mentally contemplate Thy five most precious Wounds, having before mine eyes that which David, the prophet, long ago spake in Thine own person concerning Thee, my Jesus: “*They have pierced my hands and my feet; they have numbered all my bones*” (Ps. 21:17-18). Amen.

(1968: Partial when devoutly recited after Communion, before an image of Christ Crucified; Plenary on any Friday during Lent, under normal conditions.)

Pre-1968: 10 years when devoutly recited before an image of Christ Crucified; Plenary after Confession, Communion and prayers for the intentions of the Sovereign Pontiff.)

Oratio universalis pro omnibus quæ ad salutem necessaria

(Clementis XI)

CREDO, Domine, sed credam firmiter ;
spero, sed sperem securius ;
amo, sed amem ardentius ;
doleo, sed doleam vehementius. ↓

Adoro te ut primum principium ;
desidero ut finem ultimum ;
laudo ut benefactorem perpetuum ;
invoco ut defensorem propitium.

Tua me sapientia dirige,
iustitia contine,
clementia solare,
potentia protege.

Offero tibi, Domine, cogitanda, ut sint ad te ;
dicenda, ut sint de te ;
facienda, ut sint secundum te ;
ferenda, ut sint propter te.

Volo quicquid vis,
volo quia vis,
volo quomodo vis,
volo quamdiu vis.

Oro, Domine : intellectum illumines,
voluntatem inflames,
cor emundes,
animam sanctifices.

Defleam præteritas iniquitates,
repellam futuras tentationes,
corrigan vitiosas propensiones,
excolam idoneas virtutes.

Tribue mihi, bone Deus, amorem tui,
odium mei,
zelum proximi,
contemptum mundi.

Studeam superioribus obedire,
inferioribus subvenire,
amicis consilium,
inimicis parcere.

Vincam voluptatem austeritate,
avaritiam largitate,
iracundiam lenitate,
tepiditatem fervore.

Redde me prudentem in consiliis,
constantem in periculis,
patientem in adversis,
humilem in prosperis.

Fac, Domine, ut sim in oratione attentus,
in epulis sobrius,
in munere sedulus,
in proposito firmus.

Curem habere innocentiam interiorem,
modestiam exteriorum,
conversationem exemplarem,
vitam regularem.

Assidue invigilem naturæ domandæ,
gratiæ fovendæ,
legi servandæ,
saluti promerendæ.

Discam a te quam tenue quod terrenum,
quam grande quod divinum,
quam breve quod temporaneum,
quam durabile quod æternum.

Da, ut mortem præveniam,
iudicium pertimeam,
infernum effugiam,
paradisum obtineam.

Per Christum Dominum nostrum. A.

A Prayer to said after Celebrating Mass

OBSÉCRO te, dulcissime Domine Jesu Christe, ut Passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar atque defendar ; vulnera tua sint mihi cibum potusque, quibus pascar, inebriar atque delicta ; aspersione Sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meorum ; mors tua sit mihi vita indeficiens, Crux tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exultatio, sanitas et dulcedo cordis mei : Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

NOTE: Priests who say the above prayer after Mass, with the right dispositions and devoutly kneeling (if possible), will receive the remission of all shortcomings and faults ..

A Universal Prayer for all things necessary to Salvation

(Clement XI)

I BELIEVE, O Lord, but may I believe more firmly; May I strive to obey my superiors,
I hope, but may I hope more securely; to help those dependent on me,
I love, but may I love more ardently; to have care for my friends,
I sorrow, but may I sorrow more deeply. ↓ forgiveness for my enemies.

I adore Thee as my first beginning;
I long for Thee as my last end;
I praise Thee as my constant benefactor;
I invoke Thee as my gracious protector.

By Thy wisdom direct me,
By Thy righteousness restrain me,
By Thy indulgence console me,
By Thy power protect me.

I offer Thee, Lord, my thoughts
to be directed to Thee,
my words, to be about Thee,
my deeds, to respect Thy will,
my trials, to be endured for Thee.

I will whatever Thou wilt,
I will it because Thou wilt it,
I will it in the way Thou wilt it,
I will it as long as Thou wilt it.

Lord, enlighten my understanding, I pray:
arouse my will,
cleanse my heart,
sanctify my soul.

May I weep for past sins,
repel future temptations,
correct evil inclinations,
nurture appropriate virtues.

Give me, good God,
love for Thou, hatred for myself,
zeal for my neighbor,
contempt for the world.

May I conquer sensuality by austerity,
avarice by generosity,
anger by gentleness,
lukewarmness by fervor.

Render me prudent in planning,
steadfast in dangers,
patient in adversity,
humble in prosperity.

Make me, O Lord, attentive at prayer,
moderate at meals,
diligent at work,
steadfast in intent.

May I be careful to maintain interior
innocence,
outward modesty,
exemplary behavior,
a regular life.

May I be always watchful in
subduing nature,
in nourishing grace,
in observing Thy law,
in winning salvation.

May I learn from Thee how precarious
are earthly things,
how great divine things,
how fleeting is time,
how lasting things eternal.

Grant that I may prepare for death,
fear judgment,
flee hell,
gain paradise.

Through Christ our Lord. Amen.

A Prayer to said after Celebrating Mass

I BESEECH Thee, most sweet Lord Jesus Christ, that Thy Passion may be to me power by which I may be strengthened, protected and defended. May Thy Wounds be to me food and drink by which I may be nourished, inebriated, and delighted. May the sprinkling of Thy Blood be to me an ablution for all my sins. May Thy death prove for me unfailing life, and may Thy Cross be to me eternal glory. In these be my refreshment, joy, health, and delight of my heart: Thou who livest and reignest forever. Amen. (Pre-1968: 3 years)

.. committed by them through frailty by offering the Holy Sacrifice; Raccolta (1957) #751.

Orationes Sancti Alphonsi Mariæ de Ligorio Episcopi
singulis hebdomadæ diebus distributæ

DIE DOMINICA

AMANTISSIME Iesu, Redemptor et Deus, adoro te præsentem in pectore meo sub speciebus panis et vini, quibus factus es cibus et potus animæ meæ. Sit infinite benedictus adventus tuus ad animam meam, Deus meus, et pro tanto beneficio tibi ex intimo corde gratias ago, et doleo eo quod digne tibi grates rependere non valeo.

Et quasnam dignas gratiarum actiones habere posset humilis villicus, si rustica in domo sua ab ipso suo rege se visitatum videret, nisi ad illius pedes procumbere et tacito admirari et laudare tantam dignationem?

Procido ergo coram te, o Rex divine, o Iesu dulcissime, teque adoro ex abyssu vilitatis meæ. Coniungo adorationem meam adorationi, quam tibi præstitit beatissima Virgo Maria, quando in uterum suum sacrosanctum te recepit, et quo ipsa te amavit amore, eodem te prosequi vellem.

O Redemptor amabilis, tu hodie verbis meis obœdiens, de cœlo in manus meas descendisti: et ego? heu! quoties, præceptis tuis inobœdiens, te, ingrato animo, sprevi et gratiam et amorem tuum reieci! O bone Iesu, meorum veniam delictorum iam te mihi tribuisse confido; quod si culpa mea nondum mihi pepercisti, modo, quæso, ignosce mihi, o Bonitas infinita, nam te offendisse toto corde me pœnitet.

A die saltem quo primam Missam celebravi, unice pro te amore flagrare debuissim. Tu ex, Utinam, o Iesu, te semper amavissem! A die saltem quo primam missam celebravi, unice pro te amore flagrare debuissim. Tu ex milibus me in sacerdotem et amicum tuum elegisti, quid ultra facere debuisti, ut a me diligereris? Sed gratias ago tibi quia tempus mihi præstas agendi, quod facere omisi. Ex toto corde meo te amare volo. Nullum affectum in corde meo admittere volo nisi pro te, qui me tantis beneficiis ad te redamandum obstrinxisti.

Deus meus et omnia. O Deus meus, quid mihi divitiæ! quid honores! quid mundi voluptates! tu omnia mihi es. Tu solus eris deinceps unicum bonum, unicus amor meus. Dicam tibi cum sancto Paulino: Sibi habeant divitias suas divites, regna sua reges; mihi Christus gloria et regnum est. Fruantur reges, ac divites terræ, regnis suis, suisque divitiis, tu, o bone Iesu, divitiæ meæ et regnum meum mihi solus eris.

O Pater æterne, per amorem huius Filii tui, quem hodie tibi obtuli, et in cor meum recepi, da quæso, mihi sanctam perseverantiam in gratia tua, et donum tui sancti amoris. Tibi etiam commendo propinquos meos, amicos et inimicos; animas item purgatorii omnesque peccatores.

O Mater mea, Maria sanctissima, impetra mihi sanctam perseverantiam et Iesu Christi amorem.

FERIA SECUNDA

O BONITAS infinita! O caritas infinita! Deus mihi se totum dedit, factus est totus meus! Anima mea, collige omnes affectus tuos, teque intime coniunge Domino tuo, qui dedita opera ad te venit, ut coniungatur tibi et redametur a te.

O Redemptor amabilis, amplector te, amor et vita mea; me tibi coniungo, noli me despicere. Heu mihi! tempus erat vitæ meæ, quo te reieci ex anima mea et me separavi a te; sed in posterum vitam meam milies ponere potius volo, quam iterum amittere te, summum ..



The Prayers of St. Alphonsus Maria de Liguori,
for every day of the week

SUNDAY

DEAREST Jesus, my Redeemer and my God, I adore Thee now present within my breast under the humble appearances of bread and wine, and thus made the meat and drink of my soul. May Thy coming unto my soul be infinitely blessed, my God, and for that great benefit, I thank Thee from the bottom of my heart, and I grieve the fact that I am not able to give thanks to Thee in a manner worthy.

But what fitting thanksgiving could a poor peasant offer, if he should behold his King enter into his cabin to visit him, but to cast himself at His feet, and remain there prostrate in silence, in astonishment, and in thankfulness for His condescension?

I cast myself, therefore, at Thy feet, O my divine King, O sweetest Jesus, and I adore Thee from the depths of my misery. I unite my adoration to that which the Most Holy Mary offered Thee when she received Thee into her most sacred womb: and wouldst that I could also love Thee as she loved Thee.

O dear Redeemer, in obedience to my words, Thou hast this day come down from heaven into my hands: and I! Alas! how often by disobeying Thy commandments have I ungratefully turned my back upon Thee, and have renounced Thy grace and Thy love! O good Jesus, I hope that now at this moment Thou hast for given me; but if through my fault Thou hast not yet pardoned me, pardon me this morning; for I repent with my whole heart of having offended Thee, O Infinite Goodness.

O my Jesus, wouldst that I had always loved Thee! At least from the day on which I said my first Mass I should have burned with love for Thee. Thou hast chosen me from the midst of so many millions of men to be Thy priest and Thy friend, what couldst Thou have done more to make Thyself beloved by me? But I thank Thee that Thou givest me time to do that which I have not done. I wish to love Thee with all my heart. No affection will I cherish in my heart save for Thee, Who hast so greatly obliged me to love Thee.

My God and my all. O my God, what are riches to me! what are honours! what the pleasures of the world! Thou art my all. Thou alone shalt be henceforth my only good, my only love. I will say to Thee with St. Paulinus, The rich may have their riches, the kings their kingdoms; to me Christ is glory and kingdom. Let the kings, and rich ones of this world, delight in their kingdoms and in their riches, Thou alone, O good Jesus, shalt be my riches and my kingdom.

O Eternal Father, for the love of that Son of Thine, Whom I have today sacrificed to Thee, and received into my heart, give to me, I beseech, holy perseverance in Thy grace, and the gift of Thy holy love. I recommend to Thee again all my relatives, friends, and enemies; I recommend to Thee the souls in Purgatory, and all sinners.

O my Mother, Most Holy Mary, do thou obtain for me holy perseverance and the love of Jesus Christ.

MONDAY

O INFINITE Goodness! O infinite Love! God hath given Himself wholly to me, and has made Himself all mine! Unite, O my soul, all thy affections and bind thyself to thy Lord, Who hast come on purpose to unite Himself to thee and to be loved by thee.

O dear Redeemer, I embrace Thee, my love and my life, I bind myself to Thee, do not Thou dispise me. Woe is me! for the time of my life, when I have driven Thee from my soul, and have separated myself from Thee; but for the future I will rather lose my life a thousand

Bonum meum. Obliviscere, Domine, omnium iniuriarum, quibus te affeci, et mihi miseratus ignosce ; toto corde me illarum pœnitet, et prae dolore mori vellem.

Quamvis autem in te peccaverim, mihi præcipis, ut amem te : Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo. Oh! Domine mi, quis ego sum ut a me diligere cupias? Quoniam hoc desideras, amore te prosequi volo. Tu pro me mortem subire voluisti, et carnes tuas in cibum mihi dedisti ; ego omnia relinquo, omnibus valedico, et te solum, amantissime Salvator, amplector.

Quis me separabit a caritate Christi? O Redemptor amabilis, et quem alium diligere volo, nisi te, qui es infinita bonitas et infinito amore dignus? Quid mihi est in cœlo et a te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum. Profecto quidem, Deus meus, et ubinam sive in cœlo, sive in terra bonum te maius invenire possum, vel qui magis quam tu me dilexerit?

Adveniat regnum tuum. Oh! bone Iesu, sume, precor, hoc mane totius cordis mei dominium, illud ego tibi totum præbeo. Tu illud semper ac totum posside, et omnes affectus, qui non sunt ad te, ab eo repelle. Te solum in partem meam, et in meas divitias eligo : Deus cordis mei,— et pars mea, Deus, in æternum.

Da, ut semper illud Sancti Ignatii a Loyola in ore habeam et petam : Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis. Da mihi amorem et gratiam tuam ; fac vide licet ut amem te, et amer a te, et dives sum satis, nec amplius ultra desidero, nec aliud quæro.

Verumtamen tu scis infirmitatem meam, et quam sæpe tibi infidelis exstiterim ; adiuva ergo me gratia tua, nec unquam permittas me separari ab amore tuo sancto. Ne permittas me separari a te. Hoc nunc tibi dico, semperque dicere volo, et idipsum tribue, ut repetere tibi semper queam: Ne permittas, ne permittas me separari a te.

O Virgo sanctissima, spes mea, Maria, impetra mihi a Deo hanc duplicem gratiam : sanctam perseverantiam et sanctum amorem; nihil amplius a te peto.

FERIA TERTIA

OH! Domine mi, quomodo potui te multoties offendere, sciens quod peccando tibi summe displicebam? Per merita, quæso, Passionis tuæ ignosce mihi, et vinculo amoris tui me tibi obstringe ; non te separet a me fetor culparum mearum. Fac ut magis ac magis tuam bonitatem et amorem, qui tibi debetur, et caritatem, qua me dilexisti, semper agnoscam.

Cupio, bone Iesu, me totum pro te devovere, qui temetipsum pro me in sacrificium offerre voluisti. Tu innumeris caritatis argumentis me tibi obstrinxisti ; ne, quæso, permittas me unquam separari a te. Amo te, Deus meus, teque semper diligere volo. Et quomodo a te disiunctus, et sine gratia tua vivere potero, cum amorem tuum cognoverim? — Gratias ago tibi quia me pertulisti quando sine gratia tua vivebam, et quia tempus adhuc mihi præstas amandi te. Si tunc mihi supervenisset interitus, te amplius amare non possem. Quoniam vero adhuc te diligere possum, omnibus viribus te amare volo, dulcissime Iesu, tibi que in omnibus placere peropto.

Diligo te, o Bonitas infinita, amo te plus quam me ; et quia amo te, dono tibi corpus meum, animam meam, ac totam voluntatem meam. Fac, Domine, et dispone de me iuxta beneplacitum tuum ; in omnibus me tibi subicio. Dummodo mihi concedas ut semper diligam te, nihil aliud posco. Terrena bona da volentibus illa ; non aliud ego desidero, nihilque peto, nisi perseverantiam in gratia tua et sanctum amorem tuum.

times than lose Thee, my sovereign Good. Forget, O Lord, all my offences against Thee, and pardon me; I repent with my whole heart, and wouldst that I could die with grief!

But even though I have sinned against Thee, Thou biddest me, that I shouldst love Thee: Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart. Ah! my Lord, who am I, that Thou dost so greatly desire to be loved by me? But if this indeed be Thy desire, I wish to please Thee. Thou didst die for me, Thou hast given Thy Flesh to be my food; I leave all, I bid farewell to all, and I embrace Thee alone, my beloved Saviour. For who shall separate me from the love of Christ?

O beloved Redeemer, and whom shall I desire to love except Thee, Who alone art infinite Goodness, worthy of infinite love? What is mine in heaven and so what should I want on earth from Thee? O God of my heart and my portion in eternity. Yes, my God, where can I find in heaven, or on earth, a good greater than Thyself, or one who hast loved me more than Thou?

Thy kingdom come. Ah! good Jesus, take, I pray Thee, this morning dominion of my whole heart, that I give all to Thee. Do Thou possess it always and entirely, and banish from it every love that is not for Thee. Thee alone do I choose for my portion and my riches: O God of my heart and my portion in eternity.

Suffer me to beg and to ask of Thee always with St. Ignatius Loyola, Give me love for Thee alone along with Thy grace, and I am rich enough. Give me Thy love and Thy grace; that is, grant that I may love Thee and be loved by Thee, and with this I am rich enough, I desire and ask Thee for nothing more.

But Thou knowest my weakness, Thou knowest my past treachery; help me with Thy grace, and do not allow me ever again to separate myself from Thy holy love: Never permit me to be separated from Thee. I say it to Thee now and I desire to repeat it always, and do Thou grant me to be able always to repeat it: Never permit me, never permit me to be separated from Thee.

O most holy Virgin, my hope, Mary, do thou obtain for me from God this double grace: holy perseverance and holy love; I ask for nothing more from thee.

TUESDAY

OH! my Lord, how could I have so many times offended Thee, when I knew that sin so greatly displeased Thee? Pardon me, I beseech Thee, by the merits of Thy Passion, and bind me by Thy love wholly to Thyself; let not the stench of my sins drive Thee from me. Make me know always more and more how great a good Thou art, the love Thou deserve, and the affection Thou hast borne me.

I desire, good Jesus, to sacrifice myself entirely for Thee, Who didst will to sacrifice Thyself wholly for me. Thou by so many artifices hast bound me to Thyself; do not, I beseech, allow me ever again to disjoin myself from Thee. I love Thee, my God, and I will love Thee always. And now that I have known Thy love, how shouldst I be able to live any longer at a distance from Thee and deprived of Thy grace? — I thank Thee for having borne with me when I was not in Thy grace, and for now giving me time to love Thee. If I had died then, I could never have loved Thee more. But now that I am able to love Thee, I have the will to love Thee, sweetest Jesus, as much as I am able and I desire to do everything to please Thee.

I love Thee, infinite Goodness, I love Thee more than myself; and because I love Thee I give Thee my body, my soul, and my whole will. Do with me and dispose of me, O Lord, as Thou wilt; in everything I subject myself to Thee. Enough, if Thou allowest me to love Thee always, I ask Thee for nothing more. Give to those who wish for them the goods of this earth: I desire and seek for nought but perseverance in Thy grace, and Thy holy love.

Innexus ego, o Pater æterne, Filii tui promissis : Amen, amen, dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis (*Joann. XVI, 23*), in nomine Iesu Christi peto a te sanctam perseverantiam et gratiam amandi te ex toto corde meo, perfecte faciendo deinceps voluntatem tuam.

O Iesu, tu pro me victima factus es, et mihi teipsum dedisti, ut tradam tibi meipsum, tibi-que immolem voluntatem meam ; inquis enim : Præbe, fili mi, cor tuum mihi (*Prov. XXIII, 26*). Ecce cor meum, Domine, ecce cor meum et animam meam, quam tibi dono et omnino pro te devoveo.

Verum tu scis, Domine, infirmitatem meam : succurre mihi ; ne permittas me hanc voluntatem meam a te retrahere ad peccandum in te. Minime : noli hoc permittere ; da, ut semper diligam te, fac ut amem te quantum sacerdos te diligere debet ; et quemadmodum Filius tuus in cruce moriens dicere potuit : Consummatum est, ita in morte mea dicere valeam, quod ex hac die mandata tua custodivi.

Præsta, ut in omnibus tentationibus et periculis in te peccandi semper ad te recurram, et auxilium tuum per merita Iesu Christi implorare non omittam.

O Maria sanctissima, quæ omnia potes apud Deum, impetra mihi hanc gratiam, ut in tentationibus semper ad Deum et ad te confugiam.

FERIA QUARTA

O MI Iesu, video quanta operatus et passus es, ut mihi necessitatem imponeres amandi te ; et ego tam ingratum me tibi probavi? Quoties pro vili delectatione et desiderio nequam, tuam gratiam commutavi, et amisi te, o Deus animæ meæ! Creaturarum beneficia sat grata memoria sum prosecutus, tibi soli me ingratum præbui. Ignosce mihi Deus meus ; doleo ejusmodi ingrati animi crimen, et toto corde me poenitet, et veniam a te spero, cum sis infinita bonitas. Si tu bonitas infinita non esses, milii desperandum foret, nec amplius misericordiam tuam implorare auderem.

Tibi sint grates, amor meus, quia ad infernum, quem promerui, non me damnasti et tanto tempore me sustinuisti. Sola quidem patientia tua in me, Deus meus, ad amandum te trahere me deberet. Quis unquam me tolerare potuisset, nisi tu, qui es infinitæ misericordiæ Deus? Iamdiu est, ex quo invitas me ad amandum te ; nolo amplius resistere amoris tuo ; ecce, me tibi totum dedo. Sufficit quantum in te peccavi, nunc te diligere volo.

Amo te, o summum Bonum meum ; diligo te, o Bonitas infinita ; amo te, Deus meus, qui es infinito amore dignus, et semper repetere volo in tempore et in æternitate: amo te, amo te. — O Deus, et quot annos amisi, in quibus te diligere et in amore tuo progredi potuissem, et eos insumpsi ad peccandum in te!

At sanguis tuus, o Iesu, spes mea est. Numquam, spero, te amare cessabo. Ignoro quantum mihi vivendum superest ; residuum tamen vitæ meæ sive breve sive longum sit, illud tibi totum consecro. Ad hunc finem hactenus exspectasti me. Volo quippe tibi complacere, volo te, amantissime Domine, semper amare, teque solum diligere volo. Quid mihi deliciæ! Quid divitiæ! Quid honores! Tu solus, Deus meus, tu solus, solus es, et semper eris amor meus et omnia.

Sed nihil possum, nisi tu adjuves me gratia tua. Vulnere, quæso, cor meum, inflamma illud sancto amore tuo, tibi-que totum coniunge, et ita coniunge, ut a te numquam separari possit. Tu amare promisisti, qui te diligit : Ego diligentes me diligo (*Prov. V III, 17*). Nunc amo te : parce audaciæ meæ, ama tu etiam me, nec permittas me quidquam facere, quod impediatur quominus diligas me : Qui non diligit manet in morte (*I. Joann. III, 14*). Libera me ab ista morte, qua impediatur quominus amem te. Fac, ut semper diligam te, ut semper tu queas amare me ; et sic dilectio nostra æterna sit, nec inter me et te amplius dissolvatur.

O Eternal Father, trusting in the promise made me by Thy Son, Amen, amen, I say to you, whatsoever ye shall ask the Father in my name, he will do ye (*St. John 16: 23*), I ask of Thee, in the Name of Jesus Christ, holy perseverance, and the grace to love Thee with my whole heart, and perfectly fulfil henceforward Thy will.

O my Jesus, Thou hast sacrificed Thyself wholly for me, and hast given me Thyself, in order that I should give myself to Thee, and sacrifice my entire will to Thee; for I hear Thee saying to me: Give, my son, thy heart to me (*Prov. 23:26*). Behold my heart, O Lord, behold my heart, and my soul, which I give to Thee, and sacrifice all for Thee.

But Thou knowest, Lord, my weakness: come to my assistance; suffer me not to take back again my will from Thee, by sinning against Thee. No: do not let it be; make me love Thee always, make me love Thee as much as a priest ought to love Thee; and as Thy Son when dying was able to say, It is consummated, grant that I also at my death may be able to say, that from this day forward I have fulfilled Thy holy will.

Grant, that in all temptations and danger of offending Thee, I may never cease to have recourse to Thee, and to beg Thee to assist me by the merits of Jesus Christ.

O Mary most holy, who art all-powerful with God, obtain for me this grace, to recommend myself always in temptations to God and to thyself.

WEDNESDAY

O MY Jesus, I see how much Thou hast done and suffered, to put me under the necessity of loving Thee: and I have been so ungrateful to Thee! How many times, for the sake of some miserable pleasure or fancy, have I bartered away Thy grace, and have lost Thee, O God of my soul! I have been grateful enough to creatures, to Thee alone have I shown ingratitude. My God, pardon me; I grieve with my whole heart, and I hope for pardon from Thee, because Thou art infinite goodness. If Thou wert not infinite goodness, I shouldst despair, and I shouldst not even have the courage to ask for Thy mercy.

I thank Thee, my love, for not having damned me to hell, as I deserved, and for having borne with me so long a time. Thy patience with me, my God, should alone suffice to fill me with love of Thee. And who indeed but Thou, Who art a God of infinite mercy, wouldst have borne with me? I see that Thou hast been following me for so long, in order that I should love Thee. I will no longer resist Thy love: behold, I give myself up entirely to Thee. I have offended Thee enough; now I wish to love Thee.

I love Thee, O my sovereign Good; I love Thee, O infinite Goodness; I love Thee, my God, Who is worthy of infinite love, and I desire to always repeat, in time and in eternity: I love Thee, I love Thee. — O God, how many years have I lost, in which I might have loved Thee and progressed in Thy love, and I have spent them in offending Thee!

But Thy blood, O Jesus, is my hope. I hope it will never be my lot again to cease to love Thee. I know not how long I have still to live; but the years that remain to me, be they few or many, I consecrate entirely to Thee. For this end Thou hast waited for me until now. Yes, my beloved Lord, I wish to please Thee, I wish to love Thee always, and to love Thee alone. What are pleasures? What are riches? What are honours? Thou alone, my God, Thou alone, art and shalt be always, my love, and my all.

But I can do nothing, unless Thou helpst me by Thy grace. Wound, I beseech, my heart, inflame it with Thy holy love, and bind it entirely to Thyself, but so bind it that it can never separate itself again from Thee. Thou hast promised to love those who love Thee: I love them that love me (*Prov. 8:17*). Now I love Thee; forgive my boldness, love me in return, and do not allow me to do anything that would force Thee to cease to love me: Who loveth not, abideth in death (*1 John 3:14*). Deliver me from this death, to remain deprived of the power of loving Thee. Make me love Thee always, in order that Thou mayest be always able to love me; and thus may our love be everlasting, and may no breach occur between me and Thee.

Hoc præsta, Pater æterne, per amorem Iesu Christi. Hoc ipsum concede, iucundissime Iesu, ob merita tua, per qua spero fore, ut te semper diligam et vicissim a te semper diligar. O Maria, Mater Dei, et mater mea, tu etiam deprecare Iesum pro me.

FERIA QUINTA

O DEUS infinitæ maiestatis, en proditorem ad pedes tuos, qui tam graviter in te deliquit! Tu multoties pepercisti peccatis meis; et ego, spretis beneficiis et præsiidiis, quibus me donasti, iterum te iniuriis affeci. Ceteri peccaverunt in tenebris, ego autem in luce. Sed audi vocem huius Filii tui, quem modo tibi obtuli, et qui nunc est in pectore meo: ipse pro me misericordiam et veniam apud te implorat. Parce mihi, o Bonitas infinita, per amorem Iesu Christi, quia te offendisse toto corde me pænite.

Scio te libenter, Iesu Christi amore, peccatoribus fieri placabilem: Complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum. Per amorem igitur Iesu Christi, placare tu etiam mihi. Ne proicias me a facie tua, quamvis id merear; parce mihi et muta cor meum. Cor mundum crea in me, Deus.

Hoc age ob honorem saltem tuum, quoniam elegisti me in sacerdotem et ministrum ad offerendum tibi ipsum Filium tuum. Fac me vivere sicut decet sacerdotem. Da cor mihi, quo te sacerdos amare debet.

Exstingue, precor, et destrue in me tui amoris igne omnes terrenos affectus. Fac, ut gratum deinceps me tibi probem pro tantis beneficiis mihi collatis, et pro tanto amore, quo amasti me. Si olim amicitiam tuam sprevi, nunc eam magis æstimo quam cuncta mundi regna, et beneplacitum tuum omnibus divitiis ac cæli terræque deliciis antepono.

O Pater mi, per Iesu Christi amorem abstrahere me ab omnibus rebus. Tu vis, ut sacerdotes tui ab omnibus, quæ in mundo sunt, omnino segregati sint, ac tibi soli, et operibus gloriæ tuæ vivant: Segregate mihi Saulum et Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos (Act. X III, 2). Scio quod etiam id a me requiris, et hoc facere propono, sed tu adiuva me gratia tua. Trahe me totum ad te.

In laboribus et in adversis mihi patientiam et voluntatis conformationem tribue. Da, ut per amorem tuum meipsum mortificem. Concede mihi spiritum veræ humilitatis, quo gaudeam me abiectum et imperfectum reputari. Doce me facere voluntatem tuam, et tum quod a me requiris indica mihi, id enim exsequi volo.

Recipe, Deus meus, ad amandum te peccatorem, qui hactenus nimium in te peccavit, sed nunc vere te diligere vult et esse tuus. O Deus æterne, spero fore ut te amem in æternum. Et ideo volo etiam in hac vita te multum amare, ut multum te amare valeam in æternitate.

Et quia amo te, ab omnibus te cognosci et amari desidero; et ideo, Domine, quoniam fecisti me sacerdotem tuum, fac ut pro te laborem, et salutem animarum incumbam.

Hæc omnia spero per merita tua, o Christe Iesu, et per tuam intercessionem, o Mater mea Maria.

FERIA SEXTA

O IESU! et quomodo potuisti me ex milibus in sacerdotem tuum eligere? Me, qui toties tibi terga verti, et pro nihilo gratiam tuam sprevi? Amantissime Domine mi, doleo ex tota anima mea de peccatis meis. Dicito mihi, remisistine peccata mea? Spero quidem. Fuisti quippe Redemptor meus non semel tantum, sed quoties mihi pepercisti. Ah, Salvator mi,

Grant it, O eternal Father, for the love of Jesus Christ. Grant it, most happy Jesus, by Thy merits, through them I hope to love Thee always, and to be always loved by Thee.

O Mary, Mother of God and my Mother, do thou also pray to Jesus for me.

THURSDAY

O GOD of infinite Majesty, behold at Thy feet a traitor, who has so often offended Thee! Thou hast so many times pardoned me; and I, notwithstanding the graces and lights that Thou hast given me, have begun again to offend Thee. Others have sinned in the midst of darkness, I in the midst of light. But listen to this Thy Son, Whom I have offered to Thee, and Who now is reposing within my breast: He is asking of Thee mercy and pardon for me. Pardon me, O infinite goodness, for the love of Jesus Christ, for I repent with my whole heart of having offended Thee.

I know that, for the love of Jesus Christ, Thou art pleased to make peace with sinners: It hath well pleased Him, through Him, to reconcile all things to Himself (Col 1, 20). For the love then, of Jesus Christ, be reconciled also to me. Do not cast me from Thy presence, as I shouldst have deserved; pardon me, and change my heart. Create in me a pure heart, of God.

Do so at least for Thine honour's sake, since Thou hast made me Thy priest and minister, to sacrifice to Thee Thine own Son. Make me live as a priest. Give to me a heart, by which a priest ought to love Thee.

Extinguish, I pray, and destroy in me with the fire of Thy love, all my earthly affections. Grant that henceforth I may be grateful for the many graces Thou hast bestowed upon me, and for the exceeding love, which Thou hast borne me. If in past time I have despised Thy friendship, now I value it more than all the kingdoms of the world, and I prefer that which pleases Thee to all the riches and pleasures of heaven and earth.

O my Father, for the love of Jesus Christ detach me from all things. It is Thy will that Thy priests should be wholly separated from the world, in order to live for Thee alone, and for the things of Thy glory: Separate me Saul and Barnabas, for the work whereunto I have taken them (Acts 13:2). The same I know is Thy will for me. I resolve to do it, but do Thou help me with Thy grace. Draw me wholly to Thyself.

Give me patience and resignation in difficulties and in contradictions. Give me the spirit of mortifying myself for Thy love. Give me the spirit of true humility, that I may even rejoice in being considered vile and full of faults. Teach me to do Thy will, and then tell me what Thou wilt of me, for I will do all.

Allow, my God, a sinner to love Thee, who in past times has offended Thee too much, but who now desires to love Thee truly, and to be wholly Thine. O eternal God, I hope to love Thee forever. And therefore also I wish to love Thee exceedingly in this life, that I may love Thee exceedingly in eternity.

And because I love Thee, I wouldst see Thee known and loved by all, and therefore, Lord, since Thou hast made me Thy priest, give me the grace to labor for Thee, and to gain Thee souls.

I hope for all through Thy merits, O Christ Jesus, and through thy intercession, O my Mother Mary.

FRIDAY

O JESUS! how couldst Thou choose me for Thy priest from the midst of so many men? Me, who hath so often turned my back on Thee, and despised Thy grace for a mere nothing? My beloved Lord, I grieve from my whole soul these sins of mine. Tell me, hast Thou pardoned my sins? I hope so. Yes, Thou hast been my Redeemer, not once only, but as oft-

utinam numquam te offendissem! Fac, obsecro, me audire quod Magdalenae dixisti : Remittuntur tibi peccata tua. Fac, ut sentiam me in gratiam tuam iam esse receptum donans mihi magnum dolorem de peccatis meis.

In manus tuas commendo spiritum meum ; redemisti me, Domine, Deus veritatis. Oh! divinissime Pastor, tu de coelo descendisti ad inveniendum me, perditam ovem, et pro me cotidie super altare descendis ; posuisti vitam tuam ut salvum me faceres ; ne derelinquas me. In manus tuas commendo animam meam, suscipe clementer eam, et ne permittas unquam separari a te.

Tu pro me totum Sanguinem tuum fudisti. Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso Sanguine redemisti. Nunc es advocatus meus, non vero iudex ; veniam pro me apud Patrem tuum impetra ; obtine mihi lumen et virtutem amandi te ex tota anima mea. Da residuum vitæ meæ sic transigere, ut cum te Iudicem aspexero, mihi te placatum videam.

Regna, quæso, amore tuo in corde meo, fac ut sim totus tuus ; et ideo, Salvator amabilis, memorem me fac semper amoris, quo me dilexisti, et quanta operatus et passus es, ut me salves, et amareris a me. Ad hoc me sacerdotem fecisti, ut nihil diligam præter te.

Iesu mi, volo quippe tibi complacere ; ego diligo te, et nihil aliud diligere volo præter te.

Fac me humilem et patientem in laboribus huius vitæ, mansuetum in humiliationibus, a terrenis deliciis abhorrentem et a creaturis abstractum, et præsta, ut a corde meo eiciam omnes affectus, qui non sunt ad te.

Hæc omnia a te imploro, et spero per merita Passionis tuæ. O Iesu iucundissime, amabilis Iesu, o bone Iesu, exaudi me.

O mater mea, et spes mea, Maria, tu quoque exaudi me et ora Iesum pro me.

Loquere Domine, quia audit servus tuus (*l. Reg. III, 10*).

SABBATO

O IESU amantissime, tu venisti etiam hoc mane ad visi tandem animam meam, ex intimo corde tibi gratias ago. Quoniam venisti ad me, loquere, quæso, et dicito mihi quid velis a me quia omnia facere volo. Non mereo quod ultra mihi loquaris, eo quod vocem tuam audire persæpe recusavi, qua me vocabas ad amorem tuum, et ingratus tibi terga verti. Verum de peccatis meis iam pœnitentiam egi, nunc iterum me illorum pœnitet, et veniam a te iam obtinuisse confido. Dic ergo mihi quid me vis facere, sum enim paratus ad omnia.

Utinam, Deus meus, te semper amassem! Hei mihi! quot annos amisi! At Sanguis tuus, et promissiones tuæ spem mihi afferunt reparandi tempus amissum, te solum deinceps amando tibi que placendo.

Amo te, Redemptor meus, amo te, Deus meus, ad nihil aspiro nisi ad amandum te ex toto corde meo, et ad vitam ipsam ponendam pro amore tui, qui amore mei mortem subire voluisti. Amore amoris tui, dicam tibi cum Sancto Francisco, moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori.

Tu, Iesu, mihi totum teipsum dedisti ; dedisti tuum Sanguinem, vitam, omnes sudores tuos, omnia merita tua ; plus dare non habuisti : ego me totum tibi dono ; dono tibi omnes delectationes meas, omnes sæculi delicias, corpus meum, animam, voluntatem ; plus tibi dare non habeo ; si plus haberem, plus tibi darem. Iucundissime Iesu, tu mihi sufficis.

Fac tamen, Domine, ut sim tibi fidelis ; ne permittas me, mutata voluntate, derelinquere te. Spero per merita Passionis tuæ, Salvator mi, id mihi numquam obventurum. Tu dixisti: Nullus speravit in Domino, et confusus est (*Eccl. II, 11*). Tota igitur fiducia dicere possum..

-en as Thou hast pardoned me. Oh, my Saviour, wouldst that I had never offended Thee! Let me hear those words Thou didst say to Magdalene: Thy sins are forgiven thee. Let me hear that Thou hast reinstated me in Thy grace, in giving me a great sorrow for my sins.

Into Thy hands I commend my spirit; Thou hast redeemed me, O Lord, God of truth. Ah! divine Shepherd, Thou didst come down from heaven to seek after me, the lost sheep, and every day Thou descendest on the altar for my good; Thou hast given Thy life to save me: do not abandon me. I commend my soul into Thy hands, receive it in Thy mercy, and never allow it to be separated again from Thee.

Thou didst shed all Thy Blood for me: Therefore, we beseech Thee, help Thy servants, whom Thou hast redeemed with Thy Precious Blood. Thou art now my advocate, not my judge; obtain for me pardon from Thy Father; obtain for me light and strength to love Thee with my whole soul. Give me so to pass the remainder of my life, that when I beholdest Thee as my Judge, I may behold Thee appeased with me.

Reign over my heart, I beseech Thee, with Thy love, make me wholly Thine; and for this end, recall to me always, my dear Saviour, the love Thou hast borne me, and all that Thou hast done and suffered to save me, and to make Thyself loved by me. It was for this that Thou hast made me a priest, that I shouldst love none but Thee.

Yes, my Jesus, I desire to please Thee; I love Thee, and will to love none other but Thee.

Give me humility and patience in the trials of this life, meekness in humiliation, mortification to earthly pleasures and detachment from creatures, and grant that I may banish from my heart every affection that doth not tend to Thee.

I ask and hope for all through the merits of Thy Passion. O most happy Jesus, my beloved Jesus, O good Jesus, hearest Thou me.

O my Mother and my hope, Mary, do thouest also hear me, and pray to Jesus for me.

Speak, Lord, for Thy servant is listening (*1 Kings [1 Sam.] 3:10*).

SATURDAY

MY DEAR Jesus, Thou hast come again this morning to visit my soul; I thank Thee with all my heart. Since Thou hast come, speak to me, tell me what Thou wilt of me, for I desire to do all. I should deserve that Thou didst no longer speak to me, for having so many times been deaf to Thy voice, which called me to love Thee, and for having ungratefully turned my back upon Thee. But I have already repented of my offenses against Thee, I repent anew, and I hope that Thou hast already pardoned me. Tell me, then, what Thou desirest of me, for I will fulfill all.

Wouldst that I had always loved Thee, my God! Woe is me! how many years have I lost! But I hope, through Thy Blood and Thy promises, to make up in future for the time I have lost, by attending solely to Thy love and pleasure.

I love Thee, my Redeemer, I love Thee, my God, To long for nothing but to love Thee with all my heart, and even to die for the love of Thee, Who died for love of me. I will say to Thee with Saint Francis: I will die of love for the love of Thee, Who hast vouchsafed to die of love for the love of me.

Thou, my Jesus, hast given Thyself wholly to me; Thou hast given me all Thy blood, Thy life, all Thy sweat, all Thy merits; Thou hast nothing left to give me: I give myself all to Thee. I give Thee all my satisfactions, all the pleasures of the earth, my body, my soul, my will; I have nothing more to give Thee; hadst I more, I wouldst give Thee more. Most delightful Jesus, Thou art sufficient for me.

But do Thou, O Lord, make me faithful to Thee; do not let me change my will and leave Thee. I hope through Thy Passion, O my Saviour, that this wilt never happen. Thou hast said: In thee, Lord, have I hoped, let me never be confounded (*Eccl 2:11*). I also, therefore,

et ego : In te, Domine, speravi, non confundar in æternum. Spero, o Deus animæ meæ, et semper volo sperare, numquam confusionem passurum videndi me separatum a te. In te, Domine, speravi, non confundar in æternum (Ps. XXX, 2).

Deus meus, tu omnipotens es, effice me sanctum. Fac, ut multum diligam te, fac, ut nihil prætermittam, quod redundet in gloriam tuam, et omnia vincam, ut tibi complaceam.

O me beatum, si omnia perdam, ut solum te, et amorem tuum inveniam! Ad hunc finem vitam tribuisti mihi, fac, ut eam operibus gloriæ tuæ omnino impendam.

Non mereor beneficia, sed poenas ; ideo deprecor te, ut punias me sicut vis, dummodo gratiam tuam non auferas a me.

Sine mensura amasti me, o caritas infinita, o infinita bonitas, sic amo et amabo te. O voluntas Dei! tu es amor meus. O Iesu mi! tu mortuus es pro me, utinam ego etiam mori possem pro te et morte mea efficere, ut omnes ament te. O bonitas infinita et infinite amabilis! ego te maximi facio et super omnia diligo te.

O Maria! trahe me ad Deum ; da mihi fiduciam in te et fac, ut semper ad te confugiam ; intercessione tua sanctum me reddere debes ; ita spero.

INDULGENCES ATTACHED TO THE LITURGY OF THE HOURS ..

Taken from the (to date) final edition of 'The Raccolta' (1957) ..

- (a) Clerics in Holy Orders, who devoutly recite the entire Divine Office, even when separated into parts, before the Blessed Sacrament whether exposed for public adoration or reserved in the Tabernacle, are granted: a plenary indulgence, *on usual conditions*.
- (b) Those, however, who recite only a part of the Divine Office before the Blessed Sacrament, as above, are granted: An indulgence of 500 days for each canonical Hour.
- (c) Moreover, those clerics who have duly obtained the commutation of the Divine Office into other prayers, if they recite these prayers devoutly before the Blessed Sacrament, as above, may gain: a plenary indulgence, *on usual conditions*. [Pre-1968; #736]
- All ecclesiastics, including those who have received the first tonsure, as well as novices and students of Religious Communities, whether they are bound by rule to the recitation of the Divine Office or not, if they devoutly recite the entire Office, even though interrupted, in the presence of the Blessed Sacrament, when it is exposed for public adoration or reserved in the Tabernacle, may gain the same indulgences as ecclesiastics in the Holy Orders, as stated (above) in #736 (a) and (b). [Pre-1968; #732]

may resolutely say: In Thee, Lord, have I hoped; may I never be confounded. I hope, and I will always hope, O God of my soul, that I shalt never suffer the confusion of seeing myself separated from Thee, and deprived of Thy grace: In thee, Lord, have I hoped, let me never be confounded (Ps. 30: 2).

Thou, my God, art all-powerful. Make me holy. Grant that I may love Thee exceedingly, that I may never neglect anything that I knowest to be for Thy glory, and that I mayest overcome all, in order to please Thee.

O happy me, if I lose all, to gain Thee and Thy love! For this end Thou hast given me my life, grant that I may spend it wholly for Thee.

I do not deserve graces, but punishments: and I say to Thee, punish me as Thou wilt, but do not deprive me of Thy love.

Thou hast loved me without reserve, O infinite love, infinite Good. O will of God! Thou art my love. O my Jesus! Thou didst die for me, wouldst that I could die for Thee, and by my death cause all men to love Thee! O infinite Good, and infinitely loveable! I prize Thee and love Thee above all things.

O Mary! draw me wholly to God; give me confidence in thyself, and make me have continual recourse to thee; thou, by thy prayers, must make me holy: so I hope.

.. AND CELEBRATION OF A FIRST MASS

.. All indulgences are of the 'historical' Pre-1968 category.

- Priests offering Holy Mass for the first time are granted:
